 ¶ Colax colacis: nomen parasti apud Plautum. Claudianus. Ne colacis va- Colax.
 nos prudens imitere labores. ¶ Silax silacis: nomen scurre etiam apud Plau- Silax.
 tum. Ausonius in epy gram. Quid silacis dicam non exaturabile guttur.
 ¶ Hæc panax cis. genus herbæ. Columella. libro. xij. capite tertio. Nunc me Panax.
 dica panaces lacryma succoq3 salubri. ¶ Styra cis. arbor & vnguentum Styra.
 quod inde fluit. Serenus. Aut styracem tornea aut duri vulturis alam.
 ¶ Pharnax pharnacis: proprium nomen viri. Lucanus libro secundo. Tygra Pharnax.
 nemq3 meū nec pharnacis arma relinquo.

Documentum.

Vt refeco breuias refecem curtare moneris.

¶ Vnum est nomen in ex sillabam. ¶ Refex: quod penultimam genitiui bre Refex.
 uiat sicut refeco refecas. a quo descendit Baptis. manthu. libro primo. parth.
 mar. Tum genitor meditans refecare piacula tate. Columella libro sexto. Nō
 omneis refeces grauibz protriuit aratris.

Exceptio.

Coxendix: histrix: & onix: cum fornice: mastix:

Pix: illix: varix: & erix: cum natrice: vix: nix:

Et filicis: calicis: cilicis: salicis: laricisq3.

Hæc dena: & septem tantum breuianda teneto.

¶ Decem & septem sunt nomina in ix/ syllabam terminata quæ penultimam
 genitiui corripunt. ¶ Coxendix coxendicis pars tybie quæ & coxa vocatur. Coxedix.
 d j.

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

- Hystrix.** Serenus. Clausa acies inter gemine coxendicis umbras. ¶ **Hystrix** cis. spinosus aper quem porcum spicatum galli appellant Calphurnius in bucco. Venerit & hirsuta spinosior hystrice barba. ¶ **Onix** nixis. preciosa est gemma & ungula. Lucretius libro secundo. Quid digitis onicez diamantaq3 ferre iuuabit
- Fornix.** ¶ **Fornix** fornix. quadrata cauerna in qua meretrices quondam prostabant; atq3 ideo pro lupanari iumitur. Bapt. manthua. contra impudi. scrib. Ante cauernosi fornix antra locas. ¶ **Mastix** mastice est illa rhelina quæ ex lentisco manat. Serenus. Mastice addentur iam fracte milia farra. Sed hic mastix huius mastigos; est flagellator. Vnde Zoilus homeromastix quasi homeri toror & flagellator dictus est. ¶ **Dic** ergo puer. ¶ **Impi** egrotat sumpta de mastice mastix. ¶ **Pix** picis quod ex picea arbore nigrum destituit. Vergi. georg. primo. Et picis in morem digitis lentescit habendo. ¶ **Illix** cis. adiecti iuu3; est illiciens & blanditijs attrahens. Ouidius de arte. Illicibus verbis oculisq3 procacibus instat. ¶ **Sed** elix cis. est conductus aquarum per quem de loco ad locum aqua eliciuntur. Lucretius libro septimo. Elicibus disquirendis iuuat usq3 morari. Hoc igitur posterius sub priori comprehendas. ¶ **Varix** varicis vena supra modum intumescens qua nimia statione solet generari. Lucilius libro tertio. Varicibus succisa labat frontemq3 relidit. ¶ **Erix** ericis; rex/mos & vrbs Sicilie. Vergilius. j. aneid. Siue ericis fines regemq3 optatis acestem
- Natrix.** ¶ **Natrix** natricis; lepens in aquis solitus morari. Lucilius libro sequundo Si natibus natricem impressit crassam & capitatam. Sed natrix verbale nomen a no nas. penultimam (quod satis notum est) producit. ¶ **Dic** ergo puer Natrices satue; natrices plarūq3 timefunt. ¶ **Vix** vicis (cuius nominatiu3 in vsu rarus est) alternā quandam vicissitudinem significat. Verg. sexto anei. Hac vice sermonum roseis aurora quadragis. ¶ **Nix** nixis satis claret Fortu3 natus de virgine. Tu niue; cadidior tu cygno purior albo. ¶ **Hæc** filix cis. herba rot & tam tenues habens radices vt penitus nequeat euelli. Vergili3 georgicorū sequūdo. Et filicem curuis inuitam pascit aratris. ¶ **Calix** calicis. vas ligneum. Ouidius quinto fastorum. Stant calices minor inde fabas bolus alter habebat. ¶ **Cilix** populus cilicie. Cornelius de vita alexandri. Ventum est ad cilices vbi martia prelia surgunt. ¶ **Salix** cis. species arboris. Vergilius in bucco. Et fugit ad salices & se cupit ante videri. ¶ **Larix** laricis; arbor cuius lignum ne igni quide3 consumi posse fertur. Lucanus libro nono. Et larices sumoq3 grauem serpentibus vrunt.

♂ ♀ Alia exceptio.

Semper cappadocem: cum voluoce: precece curta.

- Cappadox.** ¶ **Tria** sunt nomina in ox finita penultimam genitiui breuiat. ¶ **Cappadox** populus cappadocię. Persius saty. sexta. Cappadocas rigida pingues pauisse ca-thasta. ¶ **Voluox** voluocis; vermis tam condensus vt magis volui q̄ serpere videatur. Sidonius. Voluocis in morem ceruice rotatur obesa. ¶ **Precox** pre-

ecis, prematurus tura, turum. Calphur. aglo. sequūda. Infita precocibus sub
reperere perfica prunis.

Alia exceptio.

Nux: crux: atq: volux: trux: dux: breuiare solemus.

¶ Quingz sunt nomina in ux quæ penultimam genitiui breuiant. ¶ Nux Nux.
nucis tam arbor q̄ fructus. Persius saty. prima. Asperi & nucibus facimus
quecunqz relictis. ¶ Crux crucis: genus suspendij quod redeptor noster sua Crux.
morte conuertit in gloriam. Horatius in epist. Non hominem occidi non pa-
ces in cruce coruos. ¶ Volux lucis. est lepus a velocitate sic dictus. Lucis Volux.
lius libro nono Tu voluces tacitis sollers rimare latebris. ¶ Trux trux cru Trux.
delis. Horatius in epist. Ira truces inimicitias & tenebre bellum. ¶ Dux du- Dux.
cis: qui vel que ducit. Bapti. manth. part h. mari. libro primo. Te duce vela da
mus portus habitura sequundos.

Documentum.

Pistris atq: siphax: bebrix: phoenix variabis.

¶ Quatuor nomina in textu penultimam genitiui variant. ¶ Pistris /syd^o Pistris.
piscis & naus. Cicero in arato. Semiferam subter caudam pistris adhesit.
Cornelius de vita alexandri. Pistris ad radios spectabat nocte serena. Est au-
tem pistris quandoqz verbale nomen pro muliere quæ pinxit sed tunc sine con-
trouersia semper penultimam longat. ¶ Dic ergo puer. Pistris famule non
spectant pistris ortum. ¶ Siphax proprium viri. Claudianus de bello gildo Siphax.
nico. Compulimus durum siphacem fractumqz metello. Propertius lib. iij.
Hannibalis spolia & victi monumenta siphacis. ¶ Bebrix populus bebricia. Bebrix.
Valerius flaccus libro. ij. Bebricis & scytici procul inclementia sacri. Silius
libro tertio. Possessus baccho seu bebricis in aula. ¶ Phoenix phoenix: auis Phenix.
semper vnica quæ sexies centum & quinquaginta annos viuere fertur mortis
autem appropinquant tempore cõgestis in nido cremalibus lapidem ex india
querit quo penis cõcussio ignis prodijt qui phanicem exurit de cuius cinere
nouus phoenix protinus exoritur. Lucretius libro vndecimo. Omne nemus
lustrans gaudet phoenix reperto. Lucilius in epigrā. Phoenix annosam vac-
leas pertingere vitam.

Differentia.

Velox longandum malus est pnix breuiandum.

¶ Pernix pernecis pro veloce a deponenti verbo pernitior pernititeris descend. Pernix.
dit & penultimam genitiui longat. Baptista manthuanus de margarita.
d ij.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

Hec fera pernici rapitur per deuia cursu: sed pro scelerato ab actiuo verbo perneco pernecas originem habet & penultimam genitiui breuiat Phil. in satiris Pernicibus dextris & iqua fraude laboras. Dic ergo puer. Pernicis lingue pueri sunt pernicis astus.

Documentum.

Casibus in reliquis: genitiuus q̄ta docebit.

Quantacumq; est penultima genitiui tanta est & sequentium casuum in utroq; numero vt crucis / lucis / syphacis &c. Quę vna preceptio in cunctis diligenter practicaanda est.

Crementum plurale trium declinationum.

E crescens produc pluraliter: i: vel: u: curta.

Crementum in numero plurali per i / vel / u / breuiatur vt fratribus manib; verubus / quibus. &c: sed crementum per e / longatur vt rebus diebus &c.

τελος.

In te IESV spes mea recumbit.

Petri Pontani Ceci Brugensis in Artem Versificatoriam: Liber Sequundus: de figuris pedibus & carminum nobis necessariorum regulis.

Ellipsis.



SCADERE

si queris recte vel condere carmen.

M / cum vocali quādo subit altera tolle

Sanctio est legitima singulorum in versu pedū distinctio. Et dicitur a scando / dis quia sicut per icalas paulatim ascendimus

ita per pedes in carmine tractim progredimur. ¶ Siue ergo scandas siue ver-
sum condas in cum sua vocali detrahendum est in fine dictionis qñ sequens
dictio a vocali sumit exordium. Verg. in Bucco. Qñ tum omnis mundus gau-
det cantante sileno. Est autem tunc figura quæ græce ellipsis dicitur quam sic
diffiniunt. ¶ Ellipsis est in littere cum sua vocali detractio quoties dictio ali-
qua in in littera definit & dictio sequens a vocali sumit exordium. Nam esse-
xo. desero vel relinquo significat.

✶ Synalepha.

Finis vocalem perimes alia subeunte.

¶ Vocalis etiam in fine dictionis ab altera immediate sequenti absumitur &
synalepha græce vocatur quæ est vocalis detractio quoties in eam dictio desi-
nit & sequens ab ea inchoatur. Dicta autem est a syn / i / con & lephe / i / praxio /
quali vocalium compressio. Bapt. Manth. parthe. ma. lib. ij. De virtute loqui
facile est virtutibus uti hoc sanfonis opus &c.

✶ Hypermetrum.

Ellipsis synalepha & syncopa hypermetra purgant.

¶ Hypermetrum est carmen quod vna syllaba in fine abundat & sit præcipue
tribus modis. ¶ Primo per Ellipsin quando syllaba abundans terminatur in
vocali & versus sequens inchoatur a vocali. Verg. Georg. i. Aut dulcis musti vul-
cano decoquit humorem. (Sequitur). Et folijs vndam &c. Iuvena. Saty. ij.
Nupta senatori comitata est hippia ludium. (Sequitur). Ad pharon. &c. ¶ Se-
cundo per Synalepham quando syllaba abundans desinit in vocalem & ver-
sus sequens a vocali habet initium. Verg. Georg. ij. Inferitur vero ex fortu nu-
cis arbutus herrida. (Sequitur). Et steriles platani &c. Idem. j. Aeneid. Iac-
tetur doceas ignari hominumq; locorumq;. (Sequitur) Erramus &c. Itaq; i
his & similibus syllaba superflua a sequente vocali absumitur. ¶ Tercio per
syncopam quando dictio trium syllabarum ultimam carminis sede occupans
per duas syllabas proferenda est vel eo qd neq; in in / m / neq; in vocalem ipsa desi-
nit vel eo qd versus sequens a consonante incipit. Verg. in bucco. Non tantum
rhodope miratur & hismarus orphea. (Sequitur) quantum ois mundus &c.
hec tñ excusationi magis: qd imitationi congruunt nisi in opere grauisimo.

✶ Collisio non obseruata.

Sinostis quondam est subtractio dempta poetis:

d. iij.

ut naturā Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.
serua
Aut grauitas: aut vocalis correptio fecit.

¶ Vetusios apud poetas neq3 ellipsis neq3 synalepha regula obseruabatur. Ennius namq3 ait insignita feretum milia militum octo &c. Item Lucre. lib. j. Quantū corporum in plumbo est tantūde pondere pars est. Et alijs mille in locis: sed apud recentiores quos habemus imitari duobus tantū modis. hæc detractio admittitur. ¶ Vno propter sententiæ grauitatem. Verg. in bucco. Et succus pecori & lac subducif hagnis. Idem stant iuniperi & castaneæ hirsute. In quibus & similibus multis collisio prætermittitur vt maior in amore languor declaretur. ¶ Altero modo propter vocalis correptionem quasi eadem in dictione obuiaret alteri. Verg. in Bucco. Et longū formose vale vale inquit iola. Idem Clamaret vt littus hyla hyla omne sonaret. ¶ Hæc autem nota: sed caue nisi in magno opere imitari quia vitiosa nunc sunt.

Sty. Intro ¶ S / in fine dictionis male absumi.
R. uelut ¶ S / de fine olim multi: nunc nemo retractat. *disponi fine*

¶ Pleriq3 veterum satis stulte / s / literam in fine dictionis absumebant. Catulus em in ultimo sui operis verlu ait. Affixus nostris tu dabis supplicium. Et Lucilius libro. j. saty. Quam neq3 lucanis oriundi montibus capris: sed hæc caue imitari: quia apud nos / s / nunq3 in fine dictionis absumitur. q3 si obijcias illud Vergilij in Georgic. Aut ouium fortis aut vrentes culta capellas / vel illud eiusdem in Aeneid. xij. Inter se coisse viros & decernere ferro. Vtrumq3 mendoium esse censeo prius siquidem legitur. Aut fortis ouium aut vrentes culta capellas posterijs vero sic inter se coisse viros & cernere ferro vt sit dictio simplex pro composita.

¶ Vocalis pura.



putat *adq3 absumi*
Vocalis si sit mera dictionem perimatur.

¶ Quando vna vocalium / a / e / i / o / u / plenam constituit dictionem licet vocali obuiet non debet absumi siue producat siue corripiatur. Tibullus namq3 ait. O ego ne posses tales sentire dolores. Verg. vero inqt. Te corydono / alexi trahit sua quæq3 voluptas de similibus parimodo est dicendum.

¶ Syneresis.

adq3 absumi *reductio* *reductio*
Scandendo prouisa tibi syneresis esto.

¶ Syneresis est duarum syllabarum naturaliter diuisarū in vnam dictionem &

dicitur a syn quod est con & heredis diuino quasi diuisarum sillabarum conu-
 ditio vt huic/per vnam/deinde per duas/comprehedo per tres syllabas &c. Hæc
 aut apud pbatissimos auctores locum frequentissime habet pferim in his q
 sequuntur dictionibus ij/ijsdem/deorlum/teorlum/ phendo/ prout/ dehinc/
 semianim⁹/deest/ huic/cui/ dij/dijs/dehinc/dehin/&c. Has ego eneraui potis-
 simum: quia multi phibentur. Vergil. Namq; ait in Bucco . Cui penderetua
 pateris in arbore poma. Et Oui. iij. trist. Cur quoties alicui charte sua vim
 cula dempsit. sic alijs tercetum in locis reperire est. Quedam tñ sunt q per syne-
 resim apud poetas pferuntur quibus vti non licet vt aluearia per quatuor sill-
 bas apud Verg. Thefei per duas apud Ouid. de reime. prior namq; ait in georg.
 Conditur & lento aluearia vimine texta. posterior vero inquit . Notus amor
 phædra: nota est iniuria thefei. His igitur & similibus q passim occurrunt non
 vtemur nisi forte tâta fulti authoritate qta doctissimi illi viri quondâ fuerūt.

in syllabis - **Diæresis.** *Ambrōsius 1500 // Labare 1500 //*
can de trib *Ambrōsius 1500 //* *Labare 1500 //*
Carminibus dubium plerumq; diæresis affert.

¶ Dieresis est vnius sillabe in duas p̄tito. Latine em̄ diuisio explicatur p̄ qua
facilius cognoscēda duas notabis regulas. ¶ Vna est. Qñ /i/ & /u/ in eadē sil-
laba vel alijs vocalibus; vel sibi p̄ponuntur: consonantes fiunt vt iuno/ ieiuno
venus/ vnio iustitia viuo. &c. Altera vero est /v/ post /g/ q/ & /s/ vim. p̄dit litere
neq3 em̄ vocalis neq3 consonans dici debet vt sanguis/ lingua/ aqua/ quamq3
suaui/ suadeo &c. qñ igitur in his syllaba poetice diuiditur per dieretim debet
excusari vt sepius i verbis soluo/ voluo/ suadeo/ suco esse fieri solet cui⁹ rei exēpla
sunt. Ouid. de arte. Nunc quoq3 te dixi p̄soluenda mihi. Catullus de coma be-
renices. Cōdita quā veri p̄ctoris euoluunt. Statius. j. Thebaid. Immo agite
& positis quas nox inopina suauit. Luca. ij. Fundat ab extremo flauos aquilo-
ne lueuos; & ita in multis alijs reperies: sed parcissime vel nunq̃ fac imiteris.
eius namq3 figure vsus nunc prope exoleuit.

præ vocalis ubi male putatur esse consonans.
præ vocali dirimes græcis & hebreis.

¶ I litera ante alias vocales in primis syllabis Gracarū & hebrearū dictionū nunq̃ est cōsonā (vt literarū ignari putāt) sed p se syllabā diuisa p̃stituit sicut Iacobus / Ioannes / per quattuor syllabas / Iesus / Ioseph / iafpis / iambus &c (per tres syllabas) Iob / iex / &c (p̃ duas) exēpla sunt Claudian⁹ in epi. Ne lacres ver sus dux Iacobe meos. Bapti. Māth. catha. ij. Prim⁹ Ioānes rigido velare ca pre. Bapt. Mānt. f. parth. Ma. Strēnuus idigenas populos abigebat Iesus. Idē Si alacer Sānōnē & formosus Ioseph. Idē Colla. vires & multa sin⁹ ornat. iafpis. Hora, de ar. syllaba lōga breui subiecta vocat iamb⁹ Sequ. de pa. fortis.

in epi. ¶ Paruula iucundo capies dictamina vultu. ¶ Decimū septimū est sonor/sonitus vel sonus. Hora. de arte. Legitimumq3 sonū digitis callemus & aure. ¶ Decimū octauum est. Modulus/modulatio/vel modulamē. Vergilius in coppa. Ingentes modulos referam modulamine paruo. ¶ Decimū nonum est iubilum: quod ad rusticanos maxime pertinet. Silius libro. xliij. Et hneus scopulis audiuit iubila cyclops. ¶ Vicesimū est metrum græce quod mensura latine effertur. Quintil. li. i. institut. Poetas metri necessitas excusat. Plæraq3 aut similia fingunt. Sed tu his mecum cōtentus eris.

♂♂ O octo pedes necessarij.

Verfibus edundis qui nostro more canuntur

Securus pedibus tantum bis quattuor esto.

¶ O octo sunt pedes qui sufficiunt & necessarij sunt componendis huius seculi versibus. ¶ Spondeus. ¶ Pyrrichius. ¶ Trocheus. ¶ Iambus. ¶ Dactylus. ¶ Anapestus. ¶ Proseleumaticus. ¶ Et Choryambus. Qui autem plures cupit ex alijs querat. Non etenim studeo bullatis vt mihi nugis pagina turgescat. ¶ Est autem pes debita syllabarum connectio quibus carmen sicut animal pedibus graditur.



♂♂ Spondeus & pyrrichius.

Bis longam spondeus habet pyrrichius obstat.

¶ Spondeus per tres syllabas: duabus syllabis longis constat. Vt nostros audi fletus. Pyrrichius vero contra duabus breuibz perficitur vt/pie/deus.

¶ Dicitur autem spondeus a sponde, i. libamen vel sacrificium quia celebrandis deorum solennijs pes quondam aptissimus fuit. Sed pyrrichius a pyrrho filio Achillis denominatur. quia primus tali pede saltationes in gracia docuit promoueri.

♂♂ Trocheus.

Longa breuisq3 trocheon agunt: quas vertit iambus.

¶ Trocheus per tres syllabas priore longa & posteriore breui syllaba constat vt dulcis/criste/pasce. ¶ Et dicitur a trocho. i. rota quia rotatim in versu decurrit. Sed iambus etiam per tres syllabas contra priore breui & posteriore longa syllaba constituitur vt tuos parens iuua. ¶ Et dicitur ab iambiz. i. a maledicendo: quia maledictionibus & execrationibus maxime congruit.

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

♂ Dactylus & anapestus.

Longa & bis breuibus fit dactylus: hofte: anapefto.

¶ Daçtylus prima producta syllaba & duabus correptis efficitur vt protege/
conditor/omnium. ¶ Et dicitur a daçtylis chrete populis apud quos inue/
tus fertur. Sed anapæstus duabus primis syllabis correptis & tertia producta
constat. vt famulus/opifex/releus. ¶ Et dicitur ab anapin. i. a repercutiendo
quia sonitu reciproco daçtylum repercutit.

♂ Proseleumaticus & tribrachus.

Bis duo dat profeleumaticus: tria tribrachus acta.

¶ Proselematicus quattuor actis. i. breuib⁹ conficitur. vt humiliū. parietem recolite. ¶ Et dicitur a proselemā. i. ab hortando siue iuadendo. quia hortatione in qua est celeritas optime competit. Sed tribrachus tribus breuib⁹ constat vt humile dominus releuat. ¶ Et dicitur a tris idest tres: & brachis id est breuis quasi trium breuium collectio.

♂ Hexametrum Carmen.

Dactylus hexametri quinta spondeus in ima.

Sede datur: reliquis tibi semper vterlibet esto.

¶ Hexametrum carmen est quod sex pedibus decurrit. ¶ Et dicitur a hexa: quod est sex & metrum mensura; quasi sex pedum mensuratio quorum quintus dactylus & sextus spondeus semper esse debet. Alij vero quattuor tribus modis variantur. Vel enim sunt omnes dactyli. Vergilius aeneid. octauo. At tuba terribilem sonitum procul are canoro. Vel sunt omnes spondei. Idē primo Lucāntes ventos tempestatēq; sonoras. Vel mixti3 collocantur. Idē primo Musa mihi causas memora quo numine lēso.

Regule exceptio.

Hexametri legem grauitas plerumq; retractat.

Sed rectam teneāt bene cusa poemata normam.

¶ hæc hexametri versus regula generalis, & ubiq; obseruanda est. poetæ

tamen in quibusdā paucis illam quādoq3 infringunt: quod precipue sedecim modis effectum cōperio. ¶ Primo causa repente mutationis in abito eodem vel eadē in quo mediā exlegiter corripit. Verg. in bucco. Vno eodemq3 igni sc̄ nostro daphnis amore. Lucretius li. v. Lege eadē debent populi procereq3 teneri. ¶ Sequundo: causa maximi vel gaudiij vel doloris. vbi spondeus in le de quinta. Locum daētyli occupat. Vergi. in bucco. Chora deum iuoles magnū iouis incrementum. Idem aneid. ij. Constitit atq3 oculis phrygia agmina circūspexit. ¶ His duobus modis in magno ope licet parce vti. ¶ Tertio vbi secundum locum pro spondeo iambus habet. Verg. in. vj. aneid. Liminaq3 laurusq3 dei: totusq3 moueri. ¶ Quarto vbi tertiam sedem iambus loco spondei occupat. Verg. in bucco. Omnia vincit amor: & nos cedamus amori. ¶ Quinto vbi quartum locum iambus tenet. Verg. ix. aneid. Dona dehinc auro grauiā: sectoq3 esephanto. ¶ Sexto: vbi iambus quintam sedem loco daētyli habet. Vergi. in geor. Muneribus tibi pampineo grauidus autumnus. ¶ Septimo vbi pro spondeo: iābus sextum tenet locum. Vergi. anei. v. Morsetz contēpnunt laudato vulnere gete. ¶ Octauo: vbi proseleumaticus pro daētylo sedem primam habet. Verg. aneid. vndecimo. Genua labant: vastosq3 tit eger anhelitus artus. ¶ Nono vbi proseleumaticus secundum vlturpat locum. Vergi. aneid. ij. Herent parietibus scale: postesq3 sub ipsos. ¶ Decimo vbi proseleumaticus tertiam habet sedem. Lucre. lib. vlti. Ingenui cordis opera non sunt danda ruinis. ¶ Vndecimo vbi proseleumaticus quintum occupat locum. Verg. in bucco. Tityre palcentes a flumine reice capellas. ¶ Duo decimo vbi anapestus primum tenet locum. Verg. geor. j. Fluviorum rex eridanus camposq3 per omnes. ¶ Decimo tertio: vbi tribrachus sequūdam habet sedem. Luca. j. Dum sanguis inerat dum vix materna peregi. Decimo quarto vbi tribrachus tertium tenet locum. Verg. aneid. ij. Telorum obrui mur: oriturq3 miserrima cedes. ¶ Decimo quinto vbi tribrachus locum daētyli in regione quinta occupat. Ver. anei. viij. Addidit & nate turniq3 canit hymeneos. ¶ Decimo sexto: vbi trocheus secundam occupat sedem. luena. saty. vj. Quis ~~aut~~ ~~aut~~ non vidit vulnere palli. ¶ Isti autem quatuordecim vltimi modi & illorum similes si egregios apud authores inueniantur: studiose quidē excusandi. sed nullo pacto imitandi sunt. Libenter tñ cum thesrentiano loquar. qui ait Rarū concedam: fieri nūc posse negabo.

Hexametri Carminis decorum.

Preceps: tardum: arctus: sententia: sepe petitum.

Frons: & calx: pedis hexametri pro flore notentur.

¶ Pro decorando carmine heroico. Septē principales regule notande sūt. ¶ Prima est. Vbi unq3 precipitata quedam velocitas inest. Pluribus daētylis & spōdeis carmen debet confici. Vergilius aneid. nono. Panditur interea domus omnipotentis olympi. ¶ Sequunda est. Quoties aliqua magna reruz

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

tarditas significatur: pluribus spondeis q̄ dactylis est opus. Vergil. Aeneid. j. Luctantes ventos tempestatesq; sonoras. ¶ Tertia est in carmine heroico pulcherrima est versuum & sententiarum longa concatenatio. Ita vt pedes pedibus & dictiones dictionibus connecti videantur. Vergi. j. Georgi. Quid faciat letas segetes quo sydere terraz vertere mecenas vlmisq; adiungere vites Conueniat quæ cura bouum quis cultus habēdo. Sit pecori atq; apibus quæta experientia parcis. Hinc canere incipiam &c. ¶ Quarta est inter versus heroicos aliquod sententiosum carmen perpulchræ miscetur modo tamen sepi⁹ equo illud non fiat. Verg. Aeneid. j. Tante molis erat: romanam condere gentem. ¶ Quinta est versibus hexametris siue eodem siue diuersis metris perpulchra eiusdem dictionis repetitio est. Verg. Aeneid. j. Multa super priamo rogitant: super hectore multa Persi. Saty. j. Tū vetule auriculis/alienis colligis æscas. Auriculis quibus & dicas cute perditus/ohē. ¶ Sexta est perpositum carmen hexametrum est in quo dactylus & spōdeus vicissim decurrūt Verg. in Bucco. Siluestre tenui musam meditaris auena. ¶ Septima est bisyllabis & trissyllabis dictionibus recte terminatur. Tethrasyllabis aut vel pentasyllabis non nisi duriter finitur: sed monosyllabis omnium durissime. nisi forte vocali sequente possint absumi. Exempla sunt. Vergil. Aeneid. j. Arma virumq; cano troie qui primus ab oris. Verg. in Bucco. Pars scythiam & rapidū chrete veniemus oaxem. Verg. Aeneid. vij. Inclusum buxo aut erythia therebintho. Vergil. in Bucco. Hæc damon vos quæ responderit alpheibeus. Verg. Aeneid. iij. Littoreis ingens inueta sub illicibus sus. Alia autem multa in hunc locum conijci possunt: sed hæc nobis impræsentiarum sufficiant.

*aut dictionibus quæ
piscabantur*

Penthametrum carmen.

Penthametro sunt quinque pedes nam primus & alter.

Dactylus aut spondeus: ternus tantummodo spondeus.

Cum quarto quintus/semper tibi sint anapesti

¶ Penthametrum carmen est quod quinque pedibus decurrit: quorū primus & sequundus sunt indifferenter dactyli vel spondei. Sed tertius est tantū spondeus: quartus vero & quintus sunt semper anapesti. Quid. iij. Fast. Dulcia de dulci stipite mala cadunt q̄ si iambus tertium occupare locum quandoq; videtur (vt in hoc ovidiano de arte. Arte leuis currus arte regendus amor) efficitur spondeus per cesuram/ Cauebo tñ imitari. Si aut queris alterum scansionis modum. dic post tertium pedem abundare syllabam duobus sequentibus dactylis post quos iterū syllaba longa remanet: s; pes quintus nunq̄ est tribrachus: quia cuiuscūq; versus vltima syllaba est anceps vti postea dicam.

*1. a furore by vocem
regnum q̄ dicitur*

Penthametri carminis decorum.

Penthametri: medium: finis: sententia: textus.

Pulchram quisquis amas: phrasin tibi rite notentur:

¶ Pro exornādo carmine penthametro. Quattuor generales regule assignantur. ¶ Prima est. In medio penthametri cesura opus est ita vt tres primi pedes mediū hexametri constituere possint. In quibus autem cesura non est doctorū auribus indigni sunt versus. vt in hoc Catulli. Spectaret nec lingua esse nec auriculam. & alij centum in locis. sed caue imitari quia ab vsu imperitorum nunc prorsus abhorret. ¶ Sequunda est. Penthametrum carmen sex modis clauditur bisyllabis dictionibus optime. Tetrasyllabis / penthassyllabis / hexasyllabis / satis recte. Trissyllabis vero duriter. sed monosyllabis omnium durissime nisi forte vel duo sint monosyllaba vel per synalephem colissio. ¶ Exempla per ordine sunt. Manth. contra impu. Quod latet in rapido pectore carmen olet. Martialis in epy. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus. Propertius. Contractum nullis ante cupidinibus. Martia. in epi. Protinus ingentes sunt inimicitie. Ouidi. lib. primo de pontio. Quolibet vt saltem rure frui libeat. Sic propertius. Catullus & tibullus frequentissime. Quos tamen in hoc non reprobamus. Martialis in epi. Sunt hec trita quidem zoile sed mea sunt. Ouidius in quinto trist. Premia si studio consequar ista sate est. Ouidius de art. Et solum constans in leuitate sua est. ¶ Tertia regula est. Rei sententia in penthametro: quod iungitur hexametro debet absolui vel suspensa teneri vt sequente elego perficiatur. Manth. contra impudi. Dona dei carmine nitidum facundia prestans. Mittitur ex astris: a superisq3 datur. Idem. Ibide3. Qui bibit assidue gelidis de fontibus vnda. Et vitreo siccam diluit amnestiz Carmina casta facit veneris commercia vitat. Nec mouet ad versus ora pudica leues. Nonnulli tamen regulam hanc vsuque quag3 minus seruauerunt. vt Ouidius. v. trist. Pone metum valeo: corpusq3 quod ante laborum. Impatiēs nobis inualidumq3 fuit. Sufficit: atq3 ipso vexatum induruit vsu. &c. Sed qd rarissime fit: non est nostris vsibus committendum. ¶ Quarta regula est. In penthametro versus. Duo adiectiua per pulchre duobus substantiis preponuntur: verbo in medio vel in fine collocato. Tibullus lib. j. Dū meus assiduo luceat igne focus. Martialis li. iij. Lymphida conspicui pocula fontis amo. Hæc autem regula in alijs quoq3 carminum generibus non parū venustatis habet. Caue tamēne eiusdem rei nimia affectatio inesse videatur.

Asclepiadeū carnē.

Versum asclepiadis spondeus: ter: dactylus explet.

Si modo quę superat tibi syllaba sexta moretur.

e iij.

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

¶ Carmen Asclepiadeum est quod ab asclepiade inuentur. spondeo & tribus dactylis sexta superabundare. Longa syllaba constat. Hora. in od. Mecenas atavis editis regibus. syllaba / vis / abundat / quæ si brevis esset: versum redderet viciosum. qualis est iste. Festum nunc celebre magnaq; gaudia. Pleriq; autem carmen hoc aliter metiuntur: vt pes primus sit spondeus: sequendus & tertius: choriambi. quartus pyrrhichius. ¶ Est autem choriambus (quia de illo nihil dictum) pes qui quattuor syllabis. prima & vltima productis duabus vero medijs correptis perficitur vt confugiunt. sed prior modus est longe facilior.

Asclepeadei carminis decori.

Regibus atq; sacris letum perfoluit honorem.

Hic numerus sine collisu cum sospite passu:

¶ Asclepiadeus versus quattuor venustatis regulas habet. ¶ Prima est. Asclepiadis carmen regibus terrarumq; magnatibus salutandis: atq; collaudandis optime congruit. Hinc Horatius in principio odarum. Mecenatem romanum equitem & omnium literatorum indeficientem patronum hoc carmine magnificat. Inquiens. Mecenas atavis editis regibus &c.

¶ Sequenda regula est. Diuinarum rerum hymnographiis asclepiadeus versus maxime conuenit. Hinc est. Sanctorum meritis inclita gaudia &c. Et pleriq; alij in quibus tamen erratus (qui plurimi sunt) faciauerunt.

¶ Tertia est. Carmen asclepiadeum nullam recte patitur collisionem: presertim in sacris. Hæc enim parum valet. Pastorem egregium cura ouium decet.

¶ Quarta est. Versus asclepiadis sospite & recto passu incedere debet: ita q; sexta syllaba sit dictionis vltima. Nam si monosyllaba foret versus nimis claudicaret. vt Nobis hæc tua sunt carmina gaudio. vel si syllaba superabundans esset penultima dictionis vt Formidate venustis mala gaudia.

Glyconium carmen.

Spondeon post quæ bis dactylon adde glyconi.

¶ Carmen glyconiū est quod a glycone poeta inuentum tribus pedibus spondeo: & duobus dactylis perficitur. vt victorum genus optimum. In sacris autem post tres asclepiadeos solet collocari. Vbiq; vero aliter q; dixi reperies quibus potes modis excusato: sed caueto imitari. Hic enim & vbiq; alias rectum carminis usum non aut (qui passim multiplex est) abusus doceo.

Saphicum carmen.

ad 671
Spondeum bino terno pede dactylon optat.

ad 671
Treis ex quinque alios sapho vult esse trocheos.

¶ Carmen saphicū: est quod a sapho nymp̄ha repertum: quinque pedibus trocheos/ spondeo/ dactylo/ & duobus subinde trocheis procedit. vt iste confessor domini sacratus. Erratus vbiq; consyderā.

♣ Saphici carminis decorum.

ad 671
Syllaba collisus sensus cesura notetur.

¶ Pro carminis saphici venustate quattuor sunt regulae. ¶ Prima est Monosyllabe/ pentasyllabe/ & hexasyllabe distinctiones. saphico carmini male congruunt. cui bisyllabe/ trisyllabe/ & tetrasyllabe recte competunt. Circa principium tamen exigente sententia monosyllabe possunt admitti. ¶ Secunda regula est. Saphicos versus ellipsis vel synalephe collisio penitus dedecet. Hic enim non valet. Omnium autem exasperitas nocebit. ¶ Tertia est rei sententia tribus saphicis & vno adonio debet compleri. quod tamen plerique non semper obseruauerunt. obseruasse autem multo arbitror venustius. ¶ Quarta est versus saphicus sine cesura & concatenatione syllabarum/ omnino macer & ieiunus est. vt Nostra nobis gaudia. stare queso (& hic) Mercuri facunde nepos athlantis. Sed hic & quilibet ei similis est viuudus & acer. Nouum? q̄tas dederit ruinas &c.

♣ Adoniū carmen.

ad 671
Iunctum spondeo sibi dactylon optat adonis.

¶ Carmen adoniū est quod ab adone poeta inuentum duobus pedibus dactylo & spondeo/ decurrit. vt Nubibus atris. Condita nullum. Fundere possunt Sydera lumen. Itaq; tres versus adonei hexametrum heroicū constituunt. In sacris autem post tres saphicos solet enunciari. vt scandere coeli. Corporis artus/ Restituuntur &c.

♣ Alcmanium carmen.

ad 671
Spondeo hinc illinc clausus bis dactylon inter.

ad 671
Hos alcmānus habet: modo syllaba sexta superlit.

¶ Carmen alcmāniū est quod ab alcmāno poeta repertū. quattuor pedibus spondeo in fronte & calce. duobus mediatis dactylis pergitur sexta tñ supabūdāte e iij.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

1 ongua syllaba : vt O ꝑ glorifica luce chorufcas; errata ſemper fac diligenter
examinēs; quorum vbiq3 copia redundat.

☞ Phaleucium carmen.

triplici spondeo
Spondeo & daſtlo triplici ſubeunte trocheo.

quo in spondeo pōnuntur, vbiq3
Egre gius vates fertur luſiſſe phaleuſcus.

☞ Carmen phaleucium eſt quod a phaleuſco poeta excogitatum. quinq3 pe-
dibus ſpondeo, daſtlo: & tribus trocheis perficitur: vt nobis omnipotens re-
demptor adſit.

☞ Archilochium carmen.

triplici spondeo & daſtlo
Hexametri medio daſtlo tripliciq3 trocheo.

poeta, dicitur
Archilocom cecinſſe ferunt: quos grācia nouit.

☞ Carmen archilochium daſtylicum eſt quod ab archiloco poeta repertu3
ſeptem pedibus abſoluitur quorū tres primi ſunt ſicut in hexametro: vel oēs
daſtyli: vel omnes ſpondei: vel inter ſe mixti. Quartus vero ſemper eſt daſty-
lus: ſed tres ſequentes ſunt trochei: vt ſoluitur acris hyems grata vice veris.
Et fauoni &c.

☞ Alcaicum daſtylicum carmen.

quo in spondeo pōnuntur
Cui ſpondeus iambus & hinc bis daſtylus inſit.

quo in spondeo pōnuntur
Alcaicus modus eſt quinta ſuperante morata.

☞ Carmen alcaicum. Eſt quod quattuor pedibus ſpōdeo/ iambo / & duobus
daſtylis. Quinta ſuperante longa ſyllaba conſtat. vt. Princeps chorufco ſyde-
res pulchrior.

☞ Archilochium iambicum carmen.

quo in spondeo pōnuntur
In quo/ bis ſibi ſuccedunt ſpondeus iambus.

quo in spondeo pōnuntur
Archilochus cecinit: vel plures dantur iambi.

C Carmen archilochium iambicum. Est quod quattuor pedibus spondeo/
iambos/spondeo/iambos/vel omnibus aut saltem pluribus iambis constituitur
vt/a/ solis ortus cardine. Beatus auctor seculi &c.

Anacreontium carmen.

Hoc anacreontis quod lex dat vult anapestum.

Et bis iambeos tactus/restante notella.

C Carmen anacreontium est quod ab anacreonte poeta repertum tribus pe-
dibus anapesto & duobus iambis vltima abundante syllaba constat. Vt rabi-
dos feri tyrannos.

Hypponacticum carmen.

In quo/ter/sibi succedunt spondeus iambus.

Hypponax cecinit:vel plures dantur iambi.

C Car mē hypponacticum est quod ab hypponacte poeta & philosopho inue-
nitur:lex pedibus. Loco non pari spondeis: pari vero iambis vicissim decurrit.
Vt nostruz redemptor munus oro facundet. Nec sente labia plui caballino.

Archylochium anapesticum carmen.

Quattuor archilochus/lusit quandoq; anapestis.

Multi spondeum. multi quoq; dactylon addunt.

C Carmen archylochium anapesticum: est quod ab archylocho poeta exco-
gitatum: quattuor/anapestis incedit: spondeus tamē & dactylus possunt ad-
misceri. vt Auidi baratro cunei pereunt. Homines quatimur fortune salo.

Parthenopeium carmen.

Postrema remanente nota vult:treis anapestos.

Parthenopeus in fronte tamen spondeon habebit.

➤ Cuiusq; versus vltima communis.

James
Gardner

17/decere considerati.

¶ Q̄ p̄ plerofq̄ ſeſellit ſententiā: vt/h/ non eſſe litteram: ſed aſpirationis nota tantum dicerent. Tribus tamen modis debet conſiderari. ¶ Primo ſcriptura/ merito em̄ rideretur: qui hō habeo &c. ſine aſpiratione ſcriberet. ¶ Se-
cundo accentu & ſignificato. Longa em̄ aliter proferuntur & ſignificat. Ha-
beo/ bes/ & hamo/ hamas/ q̄ abeo/ abis/ & amo/ amas. ¶ Tertio virtute q̄ti-
tatiua: ſepe em̄ conſonantis virtute in carmine habet: vt apud Verg. Aenei. j.
Poſthabita coluiſſe ſamo: hic illius arma. Et apud eundem. vij. Aeneid. Ad-
didit & natā turniq̄ canit hymeneos,

...the ... of ...

1

¶ Carmen modis decē cognominatur. ¶ Primo ab inuētoꝛe vt homericuꝝ ab homero: vel ab iuentrice. vt faphicū: a tapho. ¶ Sequēdo a numero/ſilla harū ficut endecaſillabuz: quod vñdecꝝ habet ſillabas: ficut faphicū: vt iſte cō feſſor dñi ſacraꝝ. Penthailillabꝝ quod quinqꝝ ſillabis cōſtat: ficut adonimꝝ vt ſcādere celi. ¶ Tertia a numero pedū quod em̃ duos habz pedes: dymetrū

Petri Pon. Cæci Bru, In Artem Ver.

♣ Petri Pontani Cæci Brugenſis In Artē Verſificatoriam.

♣ Liber Tertius de littera/A/in primis: me dijs:& vltimis: ſyllabis.

♣ A: ante b: in primis.



A añ /b/in
primis.

A T E S

curtat:a:b:tibiſint faber & ſtra
bo teſtes.

¶ A/ ante/b/in primis ſyllabis breuiatur. vt
faber ſtrabo. Sabinus Māchu. parthe. mar.
lib. j. Tū faber incudē ſeriēs & follib⁹ actis.
Hora. ſaty. iij. Et ſiquid vitium nō faſtidire
ſtrabonē. Hic autē & (ne idem ſepius repe
tam) in ſequentibus regulis omnib⁹. Nota
bis geminata ſicut abbas/abba/ſabbatū &c. ¶ Liqueſcā ſicut crabro. fabra
teria/ſabrum/tabraca &c. ¶ Cremēta ſicut ſlabam/nabaz/ſabar &c. ¶ Pro
pria ſicut nabis/ſabus/rabus &c. Quæ oīa ex generalibus ſufficienter cogno
ſci poſſunt.

♣ Exceptio.

Fabula cum labes & pabula tabeo labor.

Scabidus hęc ſemper vates longanda reponunt.

Fabula.
Labes.
Pabulum.
Tabeo.

Labor.

Scabidus.

¶ Sex ſunt dictiōes habētes/a/añ/b/quę ſemp cū ſuis deriuatis primā pdu
cūt. ¶ Fabula fictus ſermo. Perſi. ſaty. v. Fabula ſeu meſto ponāſ hīanda tra
gedo. ¶ Labes bis. macula vel infamia. Verg. li. ij. anei. Hinc mihi pria mali
labes hinc ſpargere voces. ¶ Pabulū cibus. Verg. j. eneid. Pabula guſtaſſent
troie xanthūq; bibiſſent. ¶ Tabeo bes. eſt ſordeo des. Luci. li. vij. Exterior ni
tidus ſepe eſt qui corpe tabet. Tabū autē & tabes hic non pono: quia deriuata
ſunt. ¶ Labor eris. eſt cado dis. Verg. li. v. Labif infelix multo cū ſanguine
niſus. ſed hic labor oris. nomē: priorē corripit. Qui. de pāphilo. Prouidet & tri
buit de⁹: & labor oīa nobis. ¶ Dic ergo puer. Ni mea corda labor firmet/per
cria labor. ¶ Scabid⁹ da. dū. multa hñs ſcabie. Lucre. li. iij. Scabida ſub taci
to mutat corpe peſtis. Ei⁹ tñ⁹ ſines ſicut ſcabies ſcabio⁹/ſcabio. &c. pmā cor.

Documentum.

Flabellum labo labicum fabella mouentur.

¶ Quattuor dictiones habentes /a/ ante /b/ primam sillabam mouent & variant: quia apud authores nunc longantur nunc breuiantur. ¶ Flabellum quo ventum faciunt ad ignem excitandum. Propertius in. ij. Et mo pauonis caude flabella superbe. Ouid. de arte. Profuit & tenui vetos mouisse flabello. ¶ Labo labas repente & cum impetu cado. Ouid. xj. lib. Metha. Tamq3 labant cunei spoliataq3 tegmina cera. I. uere. lib. vj. Atq3 vel imprimis quum labat funere funus. Sic & iuuenus. Spiritus ipse viget: sed corpus debile labat. ¶ Labicum italicè oppidum. Verg. Aeneid. vij. Et sacrae acies & picti scuta labici Stati. lib. viij. Thebaid. Acria velocis labici spicula torquent. ¶ Fabella modica fabula. Bapt. Manth. in epist. Gaudes quum iucunda tibi fabella citatur. Ouid. in Fast. Seria virtutum leta fabella docet.

Flabellum.

Labo.

Labicum.

Fabella.

A ante c.

Corripiemus /a/ c/ duc glacito cacabus acis.

A ante c.

Caca bo cum thracin facundia machina gracus.

Cacula cum naca vel thracia vacia dacus.

Longis /a/ post /b/ vel /p/ coniungere debes.

Hinc placeo baculus spacium brachis atq; paciscor.

¶ A ante /c/ in primis sillabis corripitur vt acedia est pigritia. Acipenser acipenseris piscis barbari rajam vocant. Achantis achatidis auis: quam carduellem dicunt sed achantus /ti/ genus est spine. ¶ Excipiuntur primo tridecem dictiones in textu. ¶ Glacito: glacitas / proprium est anceris quando vocem edit / Oui. de philomela. Cacabat hinc perdix / hinc glacitat improbus ancer.

Glacito.

¶ Cacabus: olla: Ouid. in fast. Cactorum aspectu cacabus ater erat. ¶ Acis acidis fluuij nomen in sicilia. Ouid. iij. Fastorum. Praterit & ripas herbifer acit tuas. ¶ Cacabo cacabas proprium est perdicum quando vociferant. Ouid. de philo. Cacabat hinc perdix &c. ¶ Thracin. inis vel hac thracis huius thracis: oppidum thessalie. Lucanus lib. sexto. Flebile pyerida thracin precijq3 nephandum. ¶ Facundia eloquentia. Baptif. Manth. contra impud. scrib. Doctrina dei carmen nitidum facundia praestans. ¶ Machina quaecumq3 grandis fabrica. Lucanus. libro. j. Machina diuulsi turbabit fœdera mundi. ¶ Gracus

Cacabus.

Acis.

Cacabo.

Thracin.

Facundia.

Machina.

Gracus.

Pon.

Cacula.

Naca.

Thracia.

Vacia.

Dachus.

Placeo.

Baculus.

Spacium.

Brachis.

Pacifcor.

avis quam monedulam non garrulam vocant. Statius i syluis. Moribus accipiter gutture gracus erat. Diminutium eius est graculus. ¶ Cacula pedi sequus seruus pagium galli vocant. Cornelius de vita alexan. Perfidus ancipites comitatur cacula gressus. ¶ Naca fluius appuliæ & oppidum macedonie. Statius in syluis Bellifere gentis carbala naca venit. ¶ Thracia thracia vel hæc thrace regio satis nota Silius. sexto. Martia vicinas ostendit thracia terras. ¶ Vacia is est qui crura intorlum reflexa habet. Martial. in epygra. Vsq; mali quicq; nobis hic vacia pfert. ¶ Dachus populus Dachi. Martialis libro sexto. Grande iugum domita dachus ceruice recepit. ¶ Sequundo habentia/b/vel/p/ante/a/vt Brachiū/baciliū/paco/placo/&c. Hinc rursus quinque dictiones in textu excipiuntur cum suis deriuatis. ¶ Placeo/places/a quo placet imperfonale/placenta genus libiplacencia nomen oppidi & pleraq; alia ¶ Hic baculus vel hoc baculum fustis. ¶ Spacium satis claret. ¶ Hæc brachis græca dictio latine breuitas dicitur. ¶ Pacifcor/paciferis/pactum facio fordisq; in eo vel percutio.

Documentum.

Macero pachynus/vacillo/academia mutes.

Macero.

¶ Quattuor dictiones /a/ ante/c/in primis variat. ¶ Macero maceras est affligo/macrumq; facio. Lucretius libro tertio. Macerat inuidia ante oculos illum esse potente. Idem libro septimo. Heu heu si abcedes quanto maceraberis morbo. ¶ Deriuata tamen quedā sicut macer/macies &c. Primam semper breuiant. ¶ Pachynus promontorium est sicilia. Ouid. quinto Metha. Leua pachyne tibi lilibeo crura premuntur. Idem paulopost. E/ quibus imbriferos versa est pachynus ad austros. ¶ Vacillo/huc illuc titubo. Lucretius Libro tertio Tum quasi vacillans primum confurgit & omnes. Ibidem. Cruca vacil

Pachynus.

Vacillo.

academia

lanti tardescit lingua madet mens. ¶ Achademia vicus & scola athenarum vbi Aristoteles & Plato philosophiam professi sunt. Treis primas certe habet ancipites. Claudianus de laude poetices. In latium spratis academia migrat athenis. Ennius libro quinto Non achademie flores lectare solebas.

Iungis hyacinthus quadruplex cui sillaba detur.

Hyacinth².

¶ Hyacinthus/floris/gemme/& pueri nomen quattuor habens sillabas. sequunda communi profertur. Hic autem id nominis: ideo posui ne decipiaris cum stultorum multitudine qui per treis sillabas enuntiant. Lucretius libro nono. Pulcher hyacinthus mutato corpore languet. Ouid. de trist. Dulcibus in campis non hyacinthus erat.

Differentia.

Fixum curtat acer: sed mobile protrahit acer.

¶ Hæc acer acerbis substantiū arborē significans priorem corripit. Qui- Acer.
dius decimo Metha. Et platanus genialis acerq; coloribus impar: sed acer/
acris/adiectiū est fortis & vehemens prioremq; producit. Idem sequun-
do de ponth. Acer & ad palme per se cursurus honores. ¶ Dic ergo puer acer Acer.
si fueris non acer orbis erit.

♣ Differentia.

Tu daca quod fixum est breuia: quod mobile produc.

¶ Ric & hæc daca orientis populus iuxta bacrianos priore corripit. Sillius Daca.
Libro decimotertio. Cursu signa tulit cui peruisa bacra daceq; Sed daca adie-
ctiū: de quo nuper audisti ad alterum dacie populū refertur: & eandē pdu-
cit. Cornelius de vita Alexandri. lib. v. Daca phalanx medias properat cursu: Daca.
ra p vndas. ¶ Dic ergo puer Daca cohors gaudet q; daca sepe dolet.

♣ A ante/d/in primis.

Corripiamus/a/d/sed clades suadeo gadir,

A ante/ d. i
primis.

Gades cadusij gadilon/tradere gladis.

Et ladas ladon radix traducere spadix.

Et rado suadela simul caduceus educ.

¶ A/ ante/ d/ in primis breuiatur vt spado spadonis mado mades/ padus/ pa- Clades.
di & c. ¶ Excipiuntur sedecem dictiōes in textu. ¶ Clades cladis magna ho-
minum occisio siue bello siue pestilentia fiat. Persius Satyra sexta. Insigne ob-
clades germane pubis & aris. ¶ Suadeo est hortor hortaris Lucretius libro Suadeo.
septimo. Non hominū vitas cupiunt qui talia suadent. ¶ Gadir insule & vr- Gadir.
bis hispanie nomē festus in arato. Gadis prima fretū solida superminet arce.
¶ Gader gadium sine singulari due sunt isule i cōfinibus hispanie. Cornelius Gades.
de vita alexā. Imbelles modico ceperunt milite gades. ¶ Cadusij sunt populi Cadusij.
in extremitate habitabilis terre. Priscian⁹ i pihegesi. Post hos cadusij diuissis-
ma rura colētes ¶ Gadilon est mercātia q̄cuq; ex gadibus venit. Lucili⁹ li. Gadilon.
ij. Illuc tu ppera tua quo gadila reportāt. ¶ Trado/ dis/ do/ das/ vel/ pdo/ pdis Trado.
luuē⁹ de passiōe Illū hūc i mortē q; finxit secula tradis. ¶ Gladis regio vltra Gladis.
hispaniā vbi hercules colūnas fixit. Prisci i pihe. Cui nomē gladis statuas.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

Ladas.

Ladon.

Rádix

Traduco

Spadix.

Rado.

Suadela.

Caduceus.

hoc herculis iter. ¶ Ladas ladæ alexādrī magni velocissim⁹ cursor. Catul. Nō ladas ego pennifer. ue perſeus (phalenticum est). ¶ Ladon onis. viri canis & fluij p̄p̄riū. Oui. j. metha. Donec arenosi placidū ladonis ad amnem. ¶ Radix radicis satis claret Bapt. mā. de alphonso. Nil radicis habent sua qui vesti gia mutant. ¶ Traduco traducis est quicquid vna lingua in alteram muto. Ouidius in fastis. In latium egeis vocem traduxit athenis. ¶ Spadix cis. color est mixtus. Lucretius libro. v. Non spadice decet tantos vestier artus. ¶ Rado radis satis patet Vergilius decimo æneid. Radit iter liquidum furia tis excita pennis. ¶ Suadela: dea eloquētiæ vel ipsa eloquētia. Horatius in episto. Ac bene nūmatum decorat suadela venusq. ¶ Caduceus vel hoc caduceum est virga mercurij qua omnia pro arbitrio deorum efficere fingitur. propterea Caduceator vel caducifer dictus est. Ouidius libro quarto fastorum. Tartara iussus adit sumptis caducifer alis.

☿ Documentum.

Seu bellum: seu/ sit mauors variabo gradium.

Gradiuus.

¶ Gradiuus est deus belli vel ipsum bellum. Sed semper primam habet antipitem. Valerius flaccus libro quarto. Inclyta amazonidum magnosq. exorta rad iuo. Vergi. aneid. quarto. Gradiuuq. patrem geticis qui presidet/ oris.

☿ Differentia.

Vas cadus/ a/ breuiat: cadus gens/ a/ tibi longat.

Cadus.

Cadus.

¶ Cadus cadi pro vase vinario priorem habet correptam. Lucilius libro tertio. Ipse cados omnes relinam me quando reuises. Sed Cadus cadi pro populo maritimo priorem habet productam. Manth. in epist. Indomitus tumido circundatur equore cadus. ¶ Dic ergo puer. Implent vina cados circundant litora cados.

☿ Differentia.

Terne produces vado: prime breuiabis.

Vado.

Vado.

¶ Vado vadis tertij conjugatus est eo is. & priorem longat. Manth. de contempta morte. Vadis in æthereas a corpore libera sedes. sed vado vadas prime coniugationis est quicquam ad vadum duco & priore corripit. Lucilius libro septimo. Liber abi famularis equos tuos ipse vadabo. Est autem vadum aqua illa quo equi aut boues potum ducuntur. Vide ergo vt vadum vador vadaris vadium vadimonium & similia recte comprehendas. Propria autem

sicut adam adon radalo &c. Item liquefacta sicut badria quadrus quadriuium
&c. ad generales regulas remitto.

♣ A/ante/f/in primis.

A super f/curta penitus nihil excipitur.

♣ A/ante/f/in primis corripitur vt vafer. A franius. Reliqua autem que per
f/ionū habere videntur per ph/scribi debent. vt saphirus/saphiratus/sapho/&
familia. Itaq; huius regule exceptio nulla est.

A/ante/f.

♣ A:ante:g/in primis.

Nos:a:g:corripimus cum septē dena morantes

A/ante/g.

Agea:agalma:lagopus:braguada:lagus:

Sagio:vagina:magalia:tragurus:agis:

Saga:& tragema:ragonias:tragula:sagus:

Vagio tragitia:& que lex subiecta docebit

♣ A/ante/g/in primis breuiatur. vt ago agis. Tagus pro fluuio iustitane. ta
gax tagacis. pro furunculo qui ubiq; manus apponit vt aliquid surripiat &c.

♣ Excipitur decem & septem que in textu habentur. ♣ Agea:duarum vt
bium nomen quarum vna in mauritania. Altera in Emathia esse fertur. Man
thuanus in trophoeo. Non tot certabat validis agea lacertis. ♣ Agalma agal
matis. græca dictio. latine statuum: laruum: aut simulachrum: designat. Stati
in filiis. Vestra equidem letus sacris agalmata ponam. ♣ Lagopus lagopodis
auis est quæ pedes & auriculas leporinis persimiles habet. Martialis lib. vii.
Si meus aurita gaudet lagopode flaccus. ♣ Braguada: fluuius germanie.

Agea.

Agalma.

Lagopus.

Braguada.

Cornelius de vita alexandri. Et tumidis spumosos aquis quæ braguada cingit

Lagus.

♣ Lagus commune nomen ægyptiorum regum. Iuuenalis. Infelix rigidus circum
dat monia lagi. ♣ Sagio sagis est quibuidam coniecturis futura predico. Lu

Sagio.

cilius li. ix. Nil recti sagire potest mens dedita somno. ♣ Vagina theca gladio
rum. Ouid. decimo methamor. Pendenti nitidum vagina diripit enses.

Vagina.

♣ Hoc magalium magalij. pastoralis est domuncula. Verg. æneid. primo. Mi
tatur molem æneas magalia quondam. ♣ Tragurus piscis: formam alecis
habens. Lucretius libro nono. Carpio nec turtur si saltem tragurus esset.

Magalium

Tragurus.

♣ Hic agis huius agidis. vel agis commune nomen est regum. Lacedæmo-

Agis.

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

niorum. Iuuenalis saty. viij. Non tot magnanimus vexilla parauerat agis.
Saga. ¶ Saga sage venefica mulier. Martialis libro xj. Expict vt sopnos garrula saga tuos. ¶ Hoc tragema huius tragematis vel tragematos. est quicquid cibi aut potus sequi de mente apponitur. Statius in siluis. Tardus venisti meli⁹
Tragema. tragemata sume. ¶ Ragonia: generale nomē canum pastoralium. Manthua. ad gon. Impetuosa togam morfu ragonia triuit. ¶ Tragula hasta/ vel rete. Lucretius lib. vij. Missilis elatū transfixit tragula pectus. ¶ Sagus saga sagum. est subtilis & qui suo ingenio multa præcognoscit. Lucilius li. ij. Sag⁹ erat sagog⁹ bonus dabat omina sensu. ¶ Vagio vagis. proprium est infantū & leporum. Cornelius de vita al. xandri. Vt nouus ablato matris puer vberē vagit. ¶ Tragitia insula est vna cicladum. Valerius flaccus. Mox ad tragitiā nauis pagalea cucurrit.

✚ Differentia.

Femina saga: sagax: subtilis sunt saga panni.

Saga. ¶ Qd̄ horum noīm differentia iam satis explanata est eam tamen paucis repetere nō pigebit. Nam saga sage est venefica mulier & quę sortilegijs vtitur priorēq; producit. Tibull⁹. Emula grādeuū cōfecit saga parentē. ¶ Sagax vero adiectiuū est subtilis & ingeniosus priorē corripit. Lucretius libro. x. Pluribus in dictis hominem iuuat esse sagacem. sed sagum sagi est genus panni & priorē breuiat. Iuuenalis satyra sexta. En saga vendenti nubat caupone relicto. ¶ Dic ergo puer. Non saga gestantem formidat saga tyrannum.

✚ Differentia.

Laganum habet longum: lachanum tamē est breuiandum.

Laganum. ¶ Laganum genus est cibi satis noti & primam habet pductā. Cornelius de vita alexandri. Rustica barbaricis glubemus lagana villis. Sed Lachanū est quodcūq; genus oleris & primam corripit. Horatius satyra vj. Me ad porri & ciceris refero lachaniq; cathinū. ¶ Dic ergo puer. Lagana cum lachanis nobis conuiuia donent.

✚ Documentum.

Cum preit: f: vel: p: componens: a: g. morabor.

Demes cum pagasa fragilis fragor: atq; flagellum.

¶ Dictiones quibus f/aut/p/ponitur ante/a/producent illud/a/ante/g/vt fa-
 gus/flagitiū/flagito/pagus/pagina/pago &c. ¶ Sed quattuor in textu excipi
 untur: quia primam corripit. ¶ Pagala oppidum theſſalie. vnde natus iason Pagala.
¶ **Pelamis** pelamydis nomen piscis. Iuuenalis saty. septima. Pelamydus aut veteres aphorū epimedia bulbi. ¶ **Velabrū** Roman⁹ vicus in quo gen⁹ omne delictarum condiebat. Tibul. libro sequēdo. At quæ velabri regio patet ire solebat. ¶ **Pelodes**: sinus maris in aphyrica. Luci. lib. tertio. Leto remigio iam pelodis hostia captat. ¶ **Speleum** cauerna. Vergi. in bucco. Certum est in sylvis inter spelea ferarum. ¶ **Spelunca** etiam est cauerna. Vergili⁹ sexto aneid. Spelunca alta fuit vastoq; immanis hiatus. ¶ Deinde Excipitur nomē helyfos quod primam habet communem. Estq; fluuius græcie. Papi. quarto thebai. Lambit et anfractu riparum incuruus helyfos. Idem lib. xij. Celauit getycos crispis helyfos amores.

Documentum.

Deriuata notes que errorem sepe ministrant.

¶ **Pleraq;** sunt deriuata quorum origo ignorata multos hallucinari facit, proinde cura diligentiore debent annotari cuiusmodi sunt hæc que subsiciam
¶ **Delius** apollo vel sol. ¶ **Delia**: dyana vel luna. a delo insula i qua vterq; natus fingitur. ¶ **Belides** mulieres homicide a belo duce græco. ¶ **Zelotippus** immoderanter amans a zelo qui amore nimium significat. ¶ **Delibutus** delibuta delibutum. i. vnctus ab antiquo verbo delibuo buis idest vngo vngis.
¶ **Elegans nomen** id est ornatus ab eligo. ¶ **Elcīus** est iuppiter ab elicio elcīcis. ¶ **Elogium** certe rei testimonium. ¶ **Elixus** elixa elixum. est in aqua coctus. ¶ **Delictum** delecto delicie. nota sunt. Sed diphthongata magno etiam studio debent animaduerti vt ¶ **Aelia** est regio quo nomine dictus est preceptor varronis. ¶ **Aelea** philosophorum magistratus apud athenienses. ¶ **Aelurus** felis siue catus belua bestia & alia prope infinita.

Differentia.

Corripio pelias prime: sed protraho terne.

Pelias.

Pelias.

¶ **Pelias** pelie prime declinationis commune nomen omnium regum thessalie quo vocabulo nominatus est primus iasonis patruus & primam corripit. Ouidius lib. vij. metha. Phasias assimilat pelieq; ad limina supplex. ¶ Sed pelias peliadis tertie. est thessalis dis. a monte pelio & eandem producit. Ouid. in primo de remedio. Vulneris auxilium pelias hasta tulit. ¶ Dic ergo puer Rex pelias ridet que plebes pelias inquit.

E: ante: m: in primis.

E super/m/breuiat: sed remus/femina/demum.

E/super/m.

Mnemofine/demos: clementum/semino/demo.

Mnemofinon/remi/foemen/loemargia/sæmi.

Phœmonoe/clemens/& coemiteria: themus.

Loemius:& coementum: pœmenis: e: quoq; solum.

Et nomen crescens produc: emio: nemus: emi.

Et memor: atq; chremes: themis: & femur: abbreviabis.

¶ E ante/m/in primis breuiatur vt premo/tremo/fremo &c. ¶ Excipiuntur Primo vna & viginti dictiones in textu. ¶ Remus remi| nauis gubernaculum. Vergil. primo Aeneidos. Franguntur remi tum proa auertit & vndis. ¶ Femina satis notum. Vergil. primo Aeneidos. Pigmationis opes pelago dux femina facti. ¶ Demum: id est tandem. Ibidem. lactatam hac demum voluit consistere terra. ¶ Mnemofine/ nes mater mularum memoria interpretatur. Baptiff. primo parth. Ma. Mnemofine natis iuga quæ pimplea colebāt. ¶ Demos populus quod sine compositione inuentu rarissimum est: sed ppter eius composita quæ prope infinita sunt hic assignatur: vt demosthenes: demo critus: demophon &c. ¶ Crementum augmentatio. ¶ Prudentius in pſi comachia. Nulli fraus homini peperit crementa bonorum. ¶ Semino seminas semen iacio. Baptiff. contra impudi. Improbis has sordes in carmina seminat orchus. ¶ Demo demis/renoueo. Iuuenal. saty. quarta. Sollicito plagas & verbera deme clienti. ¶ Mnemofinon monumentum & testimonium. Lucretius libro quarto. Hoc tibi mnemofinon nostri sit iuge laboris. ¶ Remi morum oppidum in quo reges gallorum consecrantur. Sidonius in eucaristico. Preterea q̃ me pridem remos venientem. ¶ Hoc sãmẽ sœminis pars tibi coxam vocant. Marti. in epy. Seius amor docuit sœmen vtrumq; regi. ¶ Lamargia gula nimis vehemens Baptiff. contra impu. Tale docet semez les puer & lamargia carmen. ¶ Sæmi adiectiuum indeclinabile est medius/ media medium & in sola sere compositione reperitur vt Sæmi homo sœmiur sœmiuncia. &c. Sed sæmis sœmissis substantiuum est pondus sex vnciarum quasi semi as. Horatius de arte. Sæmis ad hæc animos erugo & cura pecu li. ¶ Phæmonoe vna naphabadum & apollinis filia: quæ heroicum carmen prima cecinisse fertur. Lucanus libro quinto. Phæmonoen errare vagaz curisq; vagantem. ¶ Hæc clemens vel hæc clementis herba in Aegypto magne q̃ti

Remus.

Femina.
Demum.
Mnemofine
Demos.

Crementū.

Semino.

Demo.
Mnemofine
non.
Remi.
Foemen.

Lamargia.
Sæmi.

Phæmo
noe.
Clemens.

- tatis : sed nullius utilitatis. Tibul. libro tertio. Clementem phariam tu mihi quippe refers. Hæc autem duo foramen & clemens per sequentem regulam notificantur: quæ tamen hic expressa volui vt cuiusdam magnifestum errorem qui ea sepe corripit ostenderem. Ipsum autem nominare nolo. tum quia (meo iudicio) literatus est. tum quia & hic & alibi constitui nomine proprio carpere neminem: pergamus. ¶ Cœmiterium græca dictio latine dormitorium mortuorum dicitur quod & polyandrium vocant. Lucretius libro septimo. Iam neq; præbendis iunt cœmiteria tumbis. ¶ Themus themi vinculum est quo vela ligantur rudentem alij dicunt. Corne. de vita Alexand. Precipitata mari sunt ruptis carbasa themis. ¶ Læmius phæbus siue apollo. Sta. in syl. Cementu? Læmi? ipse pater nostros sibi dirigit actus. ¶ Cœmētū a cedo/cedis est quicquid amputatur. Lucretius libro secundo. Prudens tante hyemi sibi qui cœmenta gregauit. ¶ Pœmenis nomen canis latine pastoralis explicatur. Ovidius tertio metha. Pœmenis & natis comitata harpya duobus. ¶ Sequundo excipiuntur illa quæ habent /e/ solum ante/m/ siue simplex vt eminus emineo/emus &c. Siue aspiratum: vt hema (id est sanguis) hemonia hemibetum &c. siue diphthongatum vt æmulus Aemulor Aemulia: id est sermonis dulcedo &c. ¶ Tercio excipiuntur nomina textia declinationis quæ crescunt in singulari genitiuo vt nemo / themo / thema &c. A b his tamen duabus postremis regulis. Iterum demuntur septem dictiones in textu. ¶ Emio emis/emui / emientum est orno / nas. Luci. libro nono. Formosum nimio cultu ne corpus emiret. ¶ Nemus nemoris sylua. Vergilius in Buccoli. Diæctæ nymphæ nemorum iam claudite saltus. ¶ Emo/emis/em/ emptum factis liquet. Baptiste de contemp. Iustitie officijs & pietatis emunt. ¶ Memor memoris adiectiuum qui memoriam habet: vel de quo memoria habetur. Vergilius primo Aeneidos. Vi superum & seue memorem Iunonis ob iram. ¶ Chremes/chreynetis/prudens & consultus explicatur quo nomine dictus est senex. Apud Therentium. Horatius de art. Iratusq; chremes tumido delitigat ore. ¶ Themis dea quæ deucalionis & pyrrhe instaurandi generis humani formam post diluuium tradidisse fingitur. Ovidius primo meth. Dic themi qua generis damnum reparabile nostri. ¶ Femur moris pars tibie coxendicem appellant. Vergilius nono Aeneidos. Eripit a femore & trepidanti seruid? instat.

Documentum.

Nemea/chrema/pemus/temetum mutare licebit.

- Nemea. ¶ Quattuor dictiones in textu primam habent ancipitem. ¶ Nemea mons & sylua archadie. Seneca de her. fu. Nemeam fœdis volucrum solutis. (Saphicum est) Statius libro septimo. Thebaïdum Traiecit ferro nemea sub rupe repertam. ¶ Chrema oppidum Italia. Philol. in nono. Attonitam ma-

quo praeferunt robore chremam. Baptif. de triumpho contra gon. Letabunda suos cepit chrema vespere reges. ¶ Penus / pemi occultus spiritus qui Penus. nocturna fantasmata fingit Baptif. de Alphon. Cernere erat pemos dextra leuaq3 frementes. Martialis in Egygrammatis. Sunt mihi nescio quo sopnia ficta pemo. ¶ Temetum forte vinum sic appellatum q3 mentem teneat & Temetum. astringat. Iuuenalis decimaquinta satyra. Hoc de corcyrea temetum deduxerat vna. Horatius episto vltima. Pullos oua cadunt temeti nempe mo isto.

¶ E ante/n/in primis.

E /super/n/produci: sed enim menapi/vel enio.

E/ante/n.

Et penes atq3 penus/penitus/penetro/vel enipeus.

Sic pheneum/atq3 phrenesis/enipsa/fenestra penates:

Que meno: siue zenos: donant coniungis enipheus.

Et que/b/g/s/t/v/sibi premittunt: breuiabis.

Sed threnos/blene/cum strena: splenia/tenos.

Et steno: senus: threnodia: veneo cena.

Senio cum vena venor producere debes.

¶ E/ ante/n/ in primis producitur: vt demis / renes / splenes / &c. Et quicquid per dipthongum in prima scribitur: vt xneas anigma banacus &c. Sic Comum forum cena &c. Que tu diligenter animaduertas faxis.

¶ Excipiuntur. Primo Quattuordecim dictiones in textu. ¶ Enim con-

Enim.

Menapi.

Enio.

¶ Enim con-

- Penes.** Penes prepositio, plenam rei potestatem denotans. Baptist. libro parth. ma. primo. Vos penes est genus omne boni vos omnia rerum. **¶ Hic penus peni.** hoc penum peni. hoc penus penoris. Hic aut hæc penus huius penus & hoc penus pro eodem dicis. Est enim esculentorum poculentorumq3 reconditorium. Verg. j. aneid. Cura penum struere & flammis adolere penates. **¶ Penitus om** nino aut valde. Ver. j. aneid. Vos & syleam rabiem penitusq3 sonantibus. **¶ Pe** netro penetras/transseo transis. Verg. j. aneid. Illyricos penetrare sinus atq3 in tima tutus. **¶ Enypeus:** fluij & tubicinis thessalie nome. Sta. xj. thebaid. Egregius lituo dextri mauortis enypeus. **¶ Pheneu:** lacus & oppidum archa die. Ouidius. xv. metha. Est lacus archadie pheneu dixere priores. **¶ Phrene** sis: infania capitis. Iuue. saty. xiiij. Quum furor haud dubius quin sit manife sta phrenesis. **¶ Enispe/parum.** vel enispa enispe, oppidum thessalie. Seneca in hecuba. Queq3 formidant borean enispe (saphicum est) **¶ Fene**stra locus al tior per quem sol domu ingreditur. Persius saty. iij. Nempe hoc assidue iaz cla rum mane fenestras. **¶ Penates** tium. vel familiares dei vel interiora loca sunt domorum. Persius saty. ij. Acceris fibra da fortunare penates. **¶ Eny** pheus lacus sicilie. Baptist. de gonfaga. Limosum pariter celeres per enyphea tranant. **¶ Sequendo** excipiuntur omnia que a meno. i. maneo vel zenos. i. hospes & peregrinus coponunt. vt Menela⁹ | Menedem⁹ | menalippe &c. Sic ze nodochia/ hospitium peregrinorum/zenocrates/zenophilus &c. Zeniuz tamen quod est hospitalitatis munusculum primã habere commune arbitror. Mar tialis nãq3 ait in xenijs. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello. Bap ti. vero. ij. libro parthenices. maria. inquit. Xenia tu nostre requies tu sola sene ste. Et idem in epi. De locuplete manu xenia multa dabat. **¶ Tercio** excipiu tur illa que habent ante e/vnam quinq3 litterarum in textu contentarum/b vt bene/g/vt genus/s/vt senex/t/vt teneo/v/vt venio. **¶ Ab** hac tamen exce ptione rursus demuntur tredecim dictiones in textu. **¶ Hoc** threnos lamen tatio. Baptist. in epy. Id mihi hieremias mesto dedit agmine threnos. **¶ Ble** ne populi sunt in australi plaga sine capitibus: habent em oculos nares & reli quam faciei figuraz in pectoribus. Claudianus de nilo. Per meroen blenasq3 feros atramq3 cyenem. **¶ Strena** munusculum. Auso. ad vrsulum. Curam p strenis excubuisse tuis. **¶ Splenium** intestinum. Martia. libro. ij. Et numero sa linunt stellantem splenia fronte. **¶ Hec** Thenos theni: insula vna ex æolijs Ouid. vij. methamor. At non olearos dydimeq3 & thenos & andros. **¶ Steo** no hui⁹ nus. soror meduse. Claudian⁹ de laude poe. A fuit & lôge añ alias pul cherrima steno. **¶ Senus** na. num. a sex. adiectiuum est. Verg. j. aneid. A spi ce bissonas letantes agmine cygnos. **¶ Threnodia** lucubris cantus. Lucres⁹ li. v. Oh q̃tum hæc animos hominũ threnodia mouit. **¶ Veneo** venis veniui venum venu verbum neutrum passiuũ: est vedor venderis. Persius saty. v. Si facis in penem quicquid tibi venit amarum (id est venditur) **¶ Sena:** fluiuius campanie. & Sene senarum oppidum illi vicinum quod galli senones condide runt. Silius lib. viij. Et clanis & rubico senonum de nomine sene. **¶ Hic** senio senionis. pũctum erat in taxillo quondam lucratium. Persius saty. iij. Iure etem id summũ quid dexter senio ferret. **¶ Vena** meatus sanguinis per corp⁹ Persius saty. j. Hæc fierent si testiculi vena vlla paterni, &c. **¶ Venor** venaris.

Aras infector. Luci. lib. ij. Retibus expallis vacuo venabere saltu.

E: ante: p: in primis.

Curtat: e: p: vates: sed cepus: gepida: cepos:

E/ ante/ p.

Cephenus: cephas: cephisus: cepias: hepar:

Epyros: sepes: seps: sepum: sepia: repo:

Sepio: cum sepa: sepe: & diphthonga morantur.

¶ E/ ante/ p/ in primis breuiatur vt crepido crepidinis. crepida. crepide. & epi. in compositione sicut epacta/ episcopus/ epistola. &c. ¶ Excipiuntur decem & septem dictiones in textu. ¶ Cepus athiopium animal quod babylonij pro numine colebant. Philol. in quinta parte. Adducalq; licet cepos vulpesq; luposq;. ¶ Gepida populus germanie. Sidonius in tertio panegyrico. Gepida trux sequitur scotum burgundio cogit. ¶ Cepos vrbs nome in aphrica. Silius libro nono. Labitur amisso iam pridem robore cepos. ¶ Cephenus populus lybie. Ouidi. in. v. Dumq; ea cephenū medio: dona egeus heros. ¶ Cephas cephe latine caput dicitur. quo nomine appellatus est petrus in sacris. Prudentius de virtutibus. Gentem viuifico cephas sermone docebat. ¶ Cephisus fluuius boetie. Ouid. iij. lib. metha. In vada cephis penopelq; euaserat arua. ¶ Sepias piadis. promethorium & vrbs macedonie. Val. flaccus. li. ij. Sepias attollit saxosa cacumina longe. ¶ Hepar tis. intestinum satis notum. Lucil. lib. v. Pectoribus tumidis ira distrūpitur hepar. ¶ Epyros vel epyrus regio quæ nunc albania nunc chaonia vocatur. Lucanus libro. ij. Primus in epyrū boreas agat inde per arua. ¶ Sepes pis. clausura hortorum. Vergi. in bucco. Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes. ¶ Seps seps: serpes in lybia mor su asperrimus. Lucre. lib. ix. Languida vulnificum patiuntur corpora sepe. ¶ Sepum illud est pingue quo candeles fiunt. Aulonius in epist. Grande sub modico lignum dat semina sepo. ¶ Sepia piscis ex cuius cruore fiebat olim atramentum. propterea & pro ipso atramento recte sumitur. Persius saty. iij. Nigra q̄ infusa vanescat sepia lympha. ¶ Repo pis. gradior & est serpentis proprium. Germanicus cesar in arato. Tunc cynosura alte repit. tunc totus in vndas. ¶ Sepio seps hortos claudo. & munio. Bapt. in epi. Quid sepire iuuat rapit improbus omnia miles. ¶ Hæc Sapa. hoc sapium. & hoc sape pro eode legumine dicis. quod a capitis magnitudine ita dictum volunt. Ouidius in epi. Cedenda est hortis eruta sepa meis. Vergilius de culi. Sepium odorati re plet confinia prati. Persius saty. quarta. Sepe & farratam pueris plaudentibus ollam. ¶ Sepe aduerbium: satis notum. Verg. aneid. sequundo. Sepe fugam danai troia cupiere relicta. Pleraq; autē per a diphthongatuz scribuntur quod

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

semper debet longari vt apolus/apole/apolium. &c. Atq; ideo diphthonga id est diphthongata in textu dico.

♂ ♀ Differentia.

Nomen curto repens: sed participās trahorepens.

- Repens. **♂** Repens nomen adiectiuum. idest subitus: vel aduerbū. i. repente priorem corripit. Vergil⁹. xij. aneid. Quo ruitis quo ve ista repens discordia surgit.
- Repens. **♀** Ouid. j. fast. Bina repens oculis obtulit ora meis. Sed repens participium a re po eandem producit. Baptist. de dionysio. Irruit & medie repes allabatur vrbis.
- ♂** Dic ergo puer. Damnat culpa repens per sensus intima repens.

♂ ♀ E: ante: q: in primis.

E/ante/q. Nos breuiamus: e: q: prohibens ne: quod preit æqui

Aequana: æqualis: vel sequana: deq; moramur.

- Ne. **♂** E/ante/q/ in primis breuiatur. vt equidem neq; nequeo. &c. **♂** Excipiuntur primo composita ex prohibente aduerbio/ne/ vt nequis/ æqua/ nequid/ nequā do/ neq; nequaq; & similia. Ouidi. in episto. Nequitia est que te non sinit esse senem. **♂** Sequendo excipiunt. quinq; dictiones in textu. **♂** Aequi æquorū populi italie. Silius lib. liij. Hec metuenda leues in prelia mittimus æquos.
- Æquana. **♂** Æquana æquanorum sine singulari montes sunt surrentini. Lucretius lib. viij. Non mihi tam faciles vultus æquana coercent.
- Æqualis. **♂** Æqualis q̄titatis similitudinem habens. a quo prope infinita deriuantur. sicut æquiparus. æqui colus. æqualiter. &c. Horat. in epist. Si curtatus in æquali tonsore capillos.
- Sequana. **♂** Sequana fluuius qui ex burgundis prodiens parrhisios percurrit. Luca. libro primo. Optima gens flexis in gyrum sequana frenis.
- Deq;. **♂** Deq; vetustum aduerbium: est deorsum. sicut susq; sursum. Inde nos susq; deq; habere dicimus illud de quo nihil omnino curamus.

♂ ♀ Differentia.

Fixum curtat equus: sed mobile protrahit equus.

- Equus. **♂** Equus substantiuum priorem corripit. Vergl. ij. aneid. Instar montis equū diuina palladis arte &c. Sed equus adiectiuum. i. iustus & qualis vel patiens eandem producit. Horatius in epist. Desert nil grossius rui veru. n orabit & æquum. **♂** Dic ergo puer. Nū viuas æquus: te male porta. t equus.

¶ E: ante: r: in primis.

E: super: r: breuia: berytus: therea: cleros:

E/ante/r/

Ceretum: eridanus: cerathus: neritos: hæres:

Cerusa: erigone: heroïs: feronia: merix:

Eruca: eretum: ærugo: chæronia: neris:

Færie: & erugium: ser: nerithon: hereo: cerix:

Serus: geryones: nerite: seria: nereus:

Theron: theridamas: cærinthe: pleriq: mœra:

Serius: æs: mœris: cœretes: cerula: xeros:

Erij: & erūne: cherusci: querere: cera:

Chæropolum: chære: chæro: cūq: hærese: cære:

Chærilus: & cærete: simul cum: p: preit aut ve.

Produces: tamen inde phere: vereorq: veruq:

Atq: veredus: & inde verutum: demere debes.

¶ E/ante/r/in primis breuiatur. vt merus/nerus/ferus/ mereor. &c. ¶ Exci-
piatur primo quinquaginta & due dictiones in textu. ¶ Berytus: est vrbis Berytus.
phœnicie, Priscianus in perheges. Antiquaq; tyron beryti & monia grate.

¶ Therea: lucus est in quo Thereus Philomelam violasse fertur. Vergilius Therea.
in æthna. Non habeo quales audiuit therea cantus.

¶ Cleros vel clerus græca dictio latine fors vel conditio explicatur: proinde Cleros.
clericus ille est qui in sortem & societatem dei ecclesiastico ritu accitur. Sedu-
sius de sacerdote. Crisostum quando fugis clericus esse nequis. ¶ Ceretum op- Ceretum.
pidum italie cuius populi ceretani nuncupatur. Sili. l. iij. Nec ceretani quon-
dam tyrianthia castra. ¶ Eridanus fluuius italiae quæ & padus dicunt. Quid, Eridanus.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

- Cerathus.** de trist. Sic miser eridani fluctibus ora dedit. **¶ Cerathus** fluuius chrete. Ba
Nerites. ptist. in Alphonso. Carpathium fugiens cerathi ad flumina tendit. **¶ Ner-**
Heres. tos mons saxosus & oppidū in eo: quod vlysses tenuisse fertur. Verg. iij. anei.
 Dulichiumq3 sameq3 & neritos ardua saxis. **¶ Heres** /dis/ qui defuncti posses
Cerusa. sionibus iure succedit. Persius saty. vj. Hæc cinere vltior metuas/at/tu.me?
 hæres. **¶ Cerusa** pigmentum est quo seivane mulieres succant vt formosiores
 appareant. Aufonius de bussula. Sandyx & cerusa alias simulate puellas.
Erigone. **¶ Erigone** cerignos puella mutata in celeste signum augusti quod virgo ap-
 pellatur. Vergilius primo Georgicorum. Qua locus erigonem inter chelafq3
Herois. sequentes **¶ Herois** huius herois primitivum: oppidum est Assyria. Mani.
 lib. iij. Baçraq3 & herois babilon & susa panofq3. Sed herois huius herois
Feronia. dis deriuativum est generosa queuis domina. Baptist. lib. j. parth. Mari. Fa-
 ta domus norat nymphasq3 heroidas omnes. **¶ Feronia** vrbs italia & Iuno.
 ibidem culta. Horatius. satyr. v. Ceramanusq3 tua laimus feronia lympa
Merix. **¶ Merix** mericis nomen piscis. Statius in syluis. Cerula colludens percurrit
Eruca. flumina merix. **¶ Eruca** vermis est qui herbas erodit. Columella. xj. Nascun-
 tur volucres serpitq3 eruca per hortos. Est & herba quæ eam comedentibus
 Libidinem excitat. Ovidius libro sequundo de remedio. Nec minus erucas iu-
 beo vitare salaces. **¶ Erutum** oppidum in latio. Vergilius. vij. Aeneidos.
Erutum. Ereti manus omnis oliuifereq3 mutusce. **¶ Aerugo** sordes quæ vel ferrum
Aerugo. vel fegetes consumit. Horatius de arte. Semis ad hæc animos arugo & cura
 peculii. **¶ Cheronia** oppidum thessalie. Statius nono Thebaid. Conclusafq3
Cheronia. suis pandit cheronia portas. **¶ Neris** Mons & vrbs argiuoruz. Papinius. iij.
Neris Thebaid. Neris & ingenti turrte molle cleone. **¶ Færie** færiarum sine singu-
Færie lari sunt dies quibus feriatur. i. cessatur a mactandis victimis. Martia. lib. v.
 Durum est færias perdere (phalenticum est). **¶ Erugium** suffrutex sambuci.
Erugium. Luci. lib. ix. Erugium viridi furibundus ab arbore traxit. **¶ Ser** seris popu-
Ser. lus indie apud quos sericum in arboribus crescit. Verg. lib. j. Geor. Velleraq3
Neriton. & folijs depectunt tenuia seres. **¶ Neriton** oppidum gracie. Lucre. lib. vnde
Heroo. cimo. Neriton ingenti firmavit robore miles. **¶ Heroo** dubito vel applicor.
Ceryx. Persius saty. ij. Huic cuiq3 cuināvis stao an scilic3 heres. **¶ Ceryx** cerycis cre-
 te populus. Cor. de vita Alexā. li. iij. Tu3 ceryx in magna ruit certamina ferro
Serus. **¶ Serus** fera serum est tardus tarda tardum Verg. iij. aneid. Seraq3 terrifici
Geryones. cecinerunt omnia vates. **¶ Geryōes** tam prime q3 tertie declinationis rex fuit
Geryone. hispanorum quem hercules interemit. Verg. aneid. vij. Geryone extincto ty-
Nerite. rinthys attigit arua. **¶ Hæc** nerite nerites nomen piscis. Lucreti. libro. ij.
Seria Neritem tacitis ducunt ad littora velis. **¶ Hæc** seria generale nomen vascu-
Nereus. lorum. Persius sati. ij. Sub rastro crepes argenti mihi seria dextro. **¶ Nereus**
 nereus vel nereos deus maris vel ipsuz mare. Persi. saty. j. Et qui ceruleum diri-
Theron. mebat nereia delphin. **¶ Theron** therontis canis nomen ferox interpretatur.
 Ouid. iij. Metha. Necrophonosq3 valens & trux cum elape theron. **¶ Theri**
Therida- damas/mantis etiam nomen canis ferarum domitor explicatur. Lucre. li. v.
mas. Theridamanta citis dissoluit carcere plātis. **¶ Cerinthe** huius cerinthes her-
Cerinthe. ba q3 ceram cū melle sapit. Verg. iij. Georg. Trita melisphilla & cerinthe igno-
Pleriq3. bile gramē. **¶ Pleriq3** plereq3 pleraq3 est multi/multe/multa. Hora. de arte.

Pleraq; differat & præsens i tempus omittat. ¶ Smera suffrutex oliue. Bap. Smera.
de Alphon. Stipitibus modicis tandem mihi smera pependit. ¶ Serius seria
serum grauis sine ioco. Et substantiue hoc serium est sermo utilis omni vaca-
cans petulantia. Martia. lib. iij. Parce precor socero seria forsan amat. ¶ Aes
æris generale nomen omnium metallorum. Hora. in epist. Nec tamen ignorat
quid distent æra lupinis. ¶ Mæris assyria dictio latine prouidis explanatur
quo nomine dictus est senex quidam incantator apud Vergil. in Bucco. Quo
te mæripedes an quo via ducit in urbem. ¶ Ceretes/tis nomē lapidis qui ge-
stantem a metu & subita ægritudine liberum reddere fertur. Lucillius. lib. iij
Ceretes digitis colloq; monilia cedunt. ¶ Ceruleus cerulea/ceruleum mari
num colorem denotat. & sex pulchra habet synonyma q̄ sunt. Ceruleus. glau-
cus. Cæcius venetus thalassicus cumatilis. Verg. lib. iij. Adnixi torquent spu-
mas & cerula verunt. ¶ Xeros adiectiuū græcum. Latine sicus sicca siccum
dicitur: quo tñ in sola cōpositione nos utimur vt xerolophus est sicum sepul-
chrum vt solet esse generatorum: xerophagium siccōrū ciborū come stiorū ni-
hil vel parum adest potus: xeropelina sicca & detrita vestis. Iuuen. saty. vij. Et
xerampelinas veteres donauerit ipi. ¶ Erii riorum sine singulari montes sunt
veneri atq; cupidini dedicati. Sene in hecuba. Erios letus petijt cupido. alite
gressu. (Saphicum est: cum adonio). ¶ Erumna calamitas & miseria. Bap-
ti. in epygram. Sepe malum patrare nephas erumna coegit. ¶ Cherusci populi ma-
cedonie. Corne. de vita Alex. Hinc cheruscorum manus ad certamina raptim
¶ Quero queris petovo interrogo. Ouid. de reme. Et nūc quid faciā si quoq;
queris amo. ¶ Cera opus apum. Verg. in Bucco. Limus vt hic dure scit & hec
vt cera liquefit. ¶ Charopolium herbe nomen. Columel. lib. xj. Iam breue
charopolium vna cum testudine iungam. ¶ Chære & Charite defectiuum
verbum græcum latine salue saluete dicitur. Persius satyra. j. Quis expediuit
pitaco suum chere. (Iambicum est senarium). ¶ Chero cheras verbum græ-
cum est gaudeo gaudes. ¶ Claudianus ad heraclī. Qui cheras potes medijs
conclusus in vndis. ¶ Hæresis huius hæreseos græcum nomē latine electio
& secta explanatur. Bap. li. j. parthe catha. Hæresibus sacrā pacē tritonīa pallas
¶ Care sine declinatū oppidum est ætrurie. Vñ carimonie dicte sunt. Lucre.
li. x. Non veteres ita care deos solēne colebat. ¶ Cherilus græca dictio latine
porculus dicitur nā cheros porcū significat: quo noīe dictus est quidā ineptis-
simus poeta. Hora. in epist. lib. ij. Cherilus incultis qui versibus & male na-
tis. ¶ Hoc Cerete ceretis hac ceres ceretis & hoc cere ceris pro eode; oppido
italie. Verg. viij. aneid. Est ingens gelidum lucus prope ceritis annem. ¶ Se-
quando excipiuntur dictiones quæ vel habent p/litteram ante/e/ vel primam
syllabā/ve/ vt pero peronis/pera/ spero &c. verus vera verū veruca veratru &c.
¶ Hinc iterum demuntur quinq; dictiones in textu. ¶ Phere rarum oppidū
aphrice i cuius campis phæbus pecora custodisse fertur. Ouid. ij. de arte. Cyn-
thius ahmeri vaccas passiuē phereas. ¶ Vereor/teris timeo times. Vergil. in
Bucco. Dum fouet ac ne me sibi præferat illa veretur. ¶ Veru sine declinatū
in singulari licet plurale flexum habeat. ¶ Vergilius primo Aeneidos. Pars
in frustra secant verubusq; trementia figunt. ¶ Verutum ti/ pro eodem dici-
tur. Lucī. libro sequundo Predura quatiunt corno tereti q; veruto. ¶ Vere-

Aes.

Mæris.

Ceretes.

Ceruleus.

Xeros

Erii.

Erumna.

Cherufci.

Quæro.

Cera.

Charopolū

Chære

Chero.

Hæresis.

Care.

Cherilus.

Cerete.

Phere.

Vereor.

Veru.

Verutum.

Veredus.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

duſ cursorius equus hinc veredarius nuncius qui equo currit. Barbari poſſā vocant. Martia. lib. viij. Stragula iuccincti venator ſumme veredi.

Documentum.

Berylus/nerio/sphera nos mutare valemus.

Berylus.

Nerio.

Sphera.

¶ Tres diſtiones in textu habent. Primam ſyllabam commune. ¶ Berylus precioſus lapis. Prudentius in piſcomachia. Hinc tibi ſaphirū ſociauerat inde berylum. Propertius lib. iiii. Et ſolitum digito berylon adederat ignis. ¶ Nerio nerienis violentia belli. Cornelius de vita Alexan. Hic ruruſ optum nuſq trux nerio ſeuit. Idem Menia tuta petit velox neriene relicta. ¶ Sphera celeſti um corporum circuitus. Prudentius in eucaristico. Cuius ad arbitrium ſphera mobilis atq3 rotunda. Manilius libro primo. Ingenti ſphera totum precin git olympum.

Differentia.

Hęc breuiatur eros: ſed mas producitur heros.

Eros.

Heros.

¶ Hęc eros/erotis eſt charitas & gratia prioremq3 corripit. Bapti. lib. primo parthe. Ma. Tres vna comites habitant eros elpora piſtis. Sed hic heros herois eſt fortis & generoſus baro & eandem producit. Verg. j. Aeneid. Littere trinario dederatq3 abeuntibus heros. ¶ Dic ergo puer. Quem pia ſignat eros verus deſcribitur heros.

Differentia.

Quod ſeron longo quod dat fera curto ſeralis.

Feron.

Fera.

¶ Feron graca diſtione mortem ſignificat. Inde eſt adiectiuum ſeralis. i. mortifer/fera/ferum/ & primam producit. Verg. iiii. Aeneidos. Solaq3 culminibus ſerali carmine bubo. Sed fera ſera eſt ſylueſtris beſtia hinc eſt adiectiuum ſeralis. i. brutalis quod eandē corripit. Bapti. in epyg. Ignarum vulgus vita ſeralis habet. ¶ Dic ergo puer. Feralis populo princeps ſolet eſſe ſeralis.

Differentia.

Tu dominā curtas lunonē protrahis heram.

Hera.

¶ Hera mater familias priorem breuiat. Bapti. j. parthe Ma. Vidit heras nu

tu vocat ingressumq3 ministrat. Sed hera Iuno. eandem lōgat. Ouid. de trist. Hera
Gauisa in nostris sepibus hera fuit. ¶ Dic ergo puer. Hera inter superos se be
ne pandit heram.

♣ Differentia.

Heryphyle longes: sed corripias eriphyle.

¶ Heriphyle cum aspiratione in prima syllaba est vna syllabarum: & primam
producit. Tibullus libro. ij. Heriphyle phæbo grataq3 quod monuit, Sed eri-
phyle sine aspiratione in prima & cū y græco in tertia fuit perfida vxor amphia-
rai & eandē corripit. Verg. in. vj. ænei. His phedram procrimq3 locis mestrāq3
eriphylem. ¶ Dic ergo puer. Præuidet heriphyle quæ tentet trux eriphyle.

Heriphyle.

Eriphyle.

♣ Differentia duplex.

Mobile sera & rum produc: sed corripe fixum.

¶ Duplex hic differentia habetur vna est. Sera adiectiuum. i. tarda priorem
producit. Vergil. vj. Aeneidos. Distulit in seram commissa piacula mortem.
Sed sera substantiuum: id est clausura hostij eandē corripit. Ouidius in epist.
Disruptam ferro corripuere serā. ¶ Dic ergo puer. Hora. iam sera limina clau-
de sera. Altera vero est serum adiectiuum: id est tardum priore longat. Ouid.
in fastis. Subuenientis opem post vulnera querere serum est. ¶ Sed serū sub-
stantiuum est aqua lactis que de caseo effluit & eandem breuiat. Tibul. lib. ij. Sera.
Raraq3 per nexus est via facta sero. ¶ Dic ergo puer. Vix poterit serum pau-
per habere serum.

Sera.

Sera.

♣ Differentia.

Lucrantis breuiā: sed flentis mereo produc.

¶ Mereo meres merui: vel meritissimum sine diphthongo est luctor lucratis &
pro stipendio famulor primāq3 corripit. Horatius de arte poeti. Hic meret æra
liber lozjjs hic & mare transit. Sed mareo mares mastrissimum cum diphthon-
go est fleo & grauitur tristior eādēq3 lōquat. Baptista. de morte contēp. Quid
mares fatumq3 times oblita tui mens. ¶ Dic ergo puer. Hic iuste meret qui
nihil arte meret.

Mereo.

♣ Differentia.

Fixum mæra & rum produc: sed mobile curta.

Mæra.

Mæra

Duplex differentia hic habetur. Vna quippe est mæra substantiuum canis & mulieris nomen priorem longat. Ouid. vii. metha. Et quos mæra nouo latratu terruit agros. Sed mæra adiectiuum. i. pura eandem breuiat. Persius saty. quinta. Hæc mæra libertas hanc nobis pilea donant. ¶ Dic ergo puer. Nō mæra tota fuit rabiem cum mæra recepit. ¶ Altera vero est mæra substantiuum herbe nomen priorem producit. Columella lib. vii. Sepius & crudum perhibent ad vulnera mærum. Sed merum adiectiuum est purum. Vnde pro vino non diluto recte sumitur per subintellectionem substantiuum. Persius saty. ij. Funde merum genio non tu prece poscis emaci. ¶ Dic ergo puer. Nil prodest mærum ni sit in vtre merum.

☞ Differentia.

Deponens breuior: passiuum protrahio queror

Queror.

Quæror.

¶ Queror quereris deponentale verbum est doleo & lamentor prioremq; corripit. Vergilius in bucco. Dum queror & diuos q̄q̄ nil testibus illis. Sed queror passiuum a quæro queris est petor vel interrogor eandemq; producit. Statius in thebai. Quæror in arma senex vt aperto dedicer hosti. ¶ Dic ergo puer. Non sine iure queror quia nusq̄ ad pocula quæror

☞ Differentia.

Corripio quarte: sed longo ferio prime.

Ferio.

Ferio.

¶ Ferio feris quarte coniugationis est percutio & primam breuiat. Vergil. sexto aneid. Ense ferit sterilemq; tibi proserpina vaccam. Sed ferio ferias coniugationis prime est ocinor & cesso vel quiesco. Papinius libro. j. syl. Et musc procul ite feriate (iambicum est)

☞ Differentia.

Curta verba sero: produc aduerbia sero.

Sero.

Sero.

¶ Sero seris est planto vel semino. sed sero seras est ianuaz sera claudio & semper priore breuiat. Vergilius primo geor. Nudus ara/ sere nudus: hyems igna ua colono. Ouidius de tristi. Nostra (ruit vesper) claustra serare licet. ¶ Sed sero aduerbium siue temporis pro tarde siue qualitatis pro negligenter eandem producit. Ouidius de remedio. Principijs obsta sero medicina paratur.

¶ Dic ergo puer. Quicquid rure sero veniunt mihi gramina sero.

♣ Differentia.

Curto diua ceres: populi sed protrahe seres.

¶ Ceres ceteris: dea frumenti vel ipsum frumentum priorem corripit. Vergi. Ceres. primo georgi. Liber & alma ceres si vestro munere tellus. Sed seres populi in Seres. die eandem producit. Statius in syluis. Mollia solliciti decerpunt vellera seres

¶ Dic ergo puer. Mittis apud seres cepit arare. ceres.

♣ E: ante: s: in primis.

E: super: s: produc: thesis atq; mesochorus inde

E/ante/s.

Cum rhesina vesulus simul atq; mesembria demes.

¶ E/ante/s/ in primis producit ut esus/lusus/casus & alia prope infinita di-
phogata. ¶ Excipiuntur quinq; dictiones in textu. ¶ Thesis græca dictio la-
tine posito dicitur. sed in sola fere compositione solet reperiri ut anthithesis cō-
trapositio & medicina a contrario sumpta. ¶ Synthesis est cōpositio siue mix-
tio variarum reru. Baptista de alphonso. Syntheses æmonias & apollinis im-
bibit artes. ¶ Mesochorus qui in media saltantiū chorea fistula canit aut cy-
thara. Lucilius libro vndecimo. Carmine saltidico mox signa mesochorus in-
dit. ¶ Rhesina sudor qui ex arboribus defluit & pro pice nonnūq; sumit. Lu-
cretius libro nono. Non ita multiplices rhesine per brachia manant. ¶ Vesu-
lus: mons est ligurie. Vergi. libro decimo aneid. A ctus aper multos vesulus
quem pinnifer annos. ¶ Mesembria oppidum dalmacie. Hinc est mesembria-
cus portus. de quo Ouidius. j. de tristibus ait. Inde mesembriacos portus &
opepon & arces.

Thesis.

Synthesis.

Mesochor.

Rhesina.

Vesulus.

Mesembria

♣ Documentum.

Veseum varians ne fallant stulta caueto.

¶ Veseus primam habet ancipitem. ¶ Est autem mons cāpanie semper ar-
des. Statius quarto sylvarum. Crescit & insani solatur dannā veseui. Lucreti⁹
lib. iij. Ignem finitimos ructat veseus in agros. ¶ Caue autem imprimis ne
te deliramenta stultorū hic decipiāt quale est illud vbiq; tritū. Nō amat ille
iesum qui fert ad plia iesum: quia iesus hebreū nomē. i. saluator per tres sylla-
bas proferri debet quod in prima parte satis offēdi. Iesum vero latinū p̄ hasta
gallicana dipthongum recipit. Alia p̄plurima vbiq; videre licet.

Veseus.

E: ante: t/

E: t: produces: etiam cletabenus: ethelis:

Atq; getes: heteros: metuo: metereus: etymon:

Et metanea: bethulia: hetruria: etesie: etefon:

Hisq; methaure: metalla: methena metendo metoxon.

Correptis iunges: & quis: p: presidet aut: v:

- E**tiam. ¶ **E**: ante: t/ in primis longatur. vt metior etas eton. &c. ¶ Excipiuntur primo decem & octo dictiones in textu. ¶ **E**tiam coniunctio latis nota. Vergil. in bucco. Creditur ipse aries etiam nunc vellera siccant. ¶ **C**letabenus: populus arabie. Priscianus in perihese. Atq; sate post hos necnon habitant cletabeni
- E**thelis. ¶ **E**thelis nomen piscis. Lucretius libro. vii. Parcum hominem rarus sic depakebat ethelis. ¶ **G**etes vel geta populus thracie maxime crudelis. Ouidius de pontico. Nulla getis toto ges est truculentior orbe. ¶ **H**eteros: graeca dictio latine varium dicitur. hinc heterocletum. i. variomodo declinatum. ¶ **M**etuo metuis. timeo. Vergilius in bucco. Vbera nec magnos metuunt arma leones
- M**etereus. ¶ **M**etereus: populus germanie. Ouidius de tristia. Iazyges & colchi meterea
- E**thymon. q3 turba geteq3. ¶ **E**thymon tis. est ratio siue recta interpretatio. Lucretius lib nono. Omnibus his quae dicta patent accedat ethymon. ¶ **M**ethanæa latine penitentia. Ausonius in epy. Nempe vt peniteat sic methanæa vocor.
- B**ethulia. ¶ **B**ethulia: urbis nomen & regionis. Baptista de exhorta. Belligeras acies pharetrata bethulia mittit. ¶ **H**etruria pars italie. Verg. ij. geor. Hanc rem & frater sic fortis hetruria creuit. ¶ **E**tesie ethesiarum sine singulari. sunt flatus aquilonis qui semper ante ortum canicule spirant. Seneca de hercule furere. Surgentes metuens pallet etesias (Asclepiadeus est.) ¶ **E**teson etesontis annuus redditus. Lucilius lib. vii. Gutturibus tantis non sufficebat eteson.
- M**ethaurus. ¶ **M**ethaurus fluvius thessalie. Luca. lib. ij. In leuam cecidere latus veloxq3
- M**etallus. ¶ **M**etallum satis liquet. Lucretius lib. iij. Diripiunt late postes fulgente metallo. ¶ **M**ethona vel methone huius methones nomen urbis in thessalia. Valerius flaccus lib. j. Neleideq3 periclymenus quem parua methone. ¶ **M**eto metis messes colligo. Baptista in epy. Falce metunt cupidi quos non leuere manipulos. ¶ **M**etoxon xontis aspera rupes quem frontis formam habet. Priscia. in perihese. Pro merito grauius citu dixere metoxon. ¶ Sequendo excipiuntur dictiones quae p/ vel u/ habent ante e/ vt peto petaurus. veto vetitatus, & cætera.

Corripitur fluuius: producitur insula creta:

¶ Creta: fluuius in pontho priorem breuiat. Valerius flaccus libro primo. Creta.
Deficiam scythicum metues ponthūq3 cretamq3. ¶ Sed creta insula in qua Creta.
iuppiter nutritus fertur eandem longat. Baptista primo parthe. maria. Quis
creta ioui choribantia cymbala pulset. ¶ Dic ergo puer Pisces creta capit
quos creta magnus alit.

♣ Differentia.

Mos rapietur ethos: sed causa morabitur ethos.

¶ Ethos vel ethus ethi: est mos aut virtus inde ethicus ethica ethicum. i. Ethos.
moralis ethalogus qui ethica siue moralia docet. tunc priorem corripit. Lu-
cretius libro septimo. Vestraq3 sunt ethicis arcenda pericula diuis. Sed ethos Ethos.
vel ethus ethi. pro causa & lege eandem producit. Sidonius in epitalamio po-
lemij. Phisica vel logico logicū vel iungit ad ethos. ¶ Dic ergo puer. Non
omnis fidum continet ethos ethon.

♣ Differentia.

Fixum curto fretum: sed longo mobile fretum

¶ Fretum substantiuum est mare turbidum & priorem curtat. Baptista. con- Fretum.
tra impu. scribentes. Nata freto venus est venereq3 sub equora mitte. ¶ Sed
fretus fa. tum. adiectiuum cum ablatiuo est confusus confusa confusum & ean- Fretum.
dem longat. Perlius saty. liij. Quo fretus dic hoc magni pupille pericli.
¶ Dic, ergo puer. Vi propria fretum mergat ad ima fretum.

♣ Differentia.

Nomen produco: sed preponens meta curto.

¶ Meta mete est limes vel terminus & priorem producit. Hora. de arte. Qui Meta.
cupit optatam cursu contingere metam. ¶ Sed meta prepositio graca. i. tras Meta.
in sola fere compositione comperitur & priore semper habet correptam vt me-
thodus. i. brevis via. methaphora. i. translatio. Prudentius de patientia. Nec
satis angustam tandem inuenere methodum. ¶ Dic ergo puer. Viuendi me-
tam parua methodus habet.

♣ Differentia.

Oceani est anceps tethys: breuiatur achillis.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

- Thetys.** ¶ Thetys thetyos vxor oceāni vel ipsum mare priorem habet communem. Vergilius in bucco. Teq3 sibi generum thetyos enat omnibus vndis. Idem ibi dem. Quē tentare thetym ratibus quē cingere muris. ¶ Sed tethis tethidis mater achillis priorem semper corripit. Papinius in chilleide primo. Iandū dum tacito lustrat tethis omnia visu. ¶ Dic ergo puer. Est trāgressa thety's mare quod colit omnia tethis.

¶ E/ante/u/in primis.

E/ante/u. E/super/u/produc:remouens breuis atq3 seuerus.

- Breuis.** ¶ E/ante/u/in primis producitur vt leuus/leuita/euum. &c. ¶ Excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Breuis adiectiuum satis notum. Baptista de morte contēpnenda. A tq3 breues morte3 iussit habere manus. ¶ Seuerus seuera se uerum: grauis & constans. Vergili. xi. Aeneidos. Romulidis tatioq3 leui curibusq3 seueris.

¶ Differentia.

Corripio sine molle leuis: per cetera longo.

- Leuis.** ¶ Leuis quadrifariam accipitur. ¶ Primo enim est non ponderosus. ¶ Secundo quando est inconstans tunc priorem breuiat. Verg. aneid. ij. Par leuib3 ventis volucrisq3 simillima sopno. Bap. in bucco. Quilquis amat leuis est nec forma sola: sed ipsi. ¶ Tercio est politus & leuigatus. ¶ Quarto est lasciuus & effeminatus: tunc priorem longat. Persius saty. j. Nunc demum numero fluere vt per/leue/seueros. Idem ibidem. Trosulus exultat tibi per sublellia leuis. ¶ Dic ergo puer. Semper mente leuis quicumq3 est corpore leuis.

¶ Differentia.

Producas leuo polio: sed surrigo curtes.

- Leuo.** ¶ Leuo leuas polio & leuigo priorem longat. ¶ Sta. in. j. Thebaid. Pars teretes leuare manu ac disponere mensas. ¶ Sed leuo leuas surrigo vel adiuuo eandem breuiat. Verg. in bucco. Cantantes vt canus ego hoc te false leuabo. ¶ Dic ergo puer. Cum tibi flagra leuo: clunes & tergora leuo.

¶ E/ante/b/in medijs.

E/ante/b/in medijs.

Ante/b/corripis/e/medijs/generalia figues.

¶ E/ante/b/in medijs syllabis corripitur vt herebus/therebinthus:helleborum.&c. ¶ Sed generales regule debent annotari. Nam deriuata ex longis sicut ephebus delebilis.&c. ¶ Diphthongata sicut perriabus/ amabeus.&c. ¶ Et liquefacta sicut funebre/cerebrum.&c. Per generales regulas facile cognosci possunt. Atq3 ideo illis hic puto superledendum.

¶ E/ante:c/in medijs.

E:c:produces:hinc rhomechium berecynthus

E/ante c/in medijs.

Demis acersecomes:albunecar:illecebreq3

Et quod origo rapit proprium tibi rite notetur.

¶ E/ante/c/in medijs producit. vt verecundus/ verecūdor/ imbecillis.&c.

¶ Excipiuntur primo quinque dictiones in textu. ¶ Rhomechium gracie oppidū. ¶ Ouidius. xv. methamor. Rhomechiūq3 legit caulonaq3 maritiāq3

¶ Berecynthus:mons phrygie in quo cybele bacchi mater colebatur. atq3 ideo berecynthia dicta est. Hinc est berecynthius thia. thium. i. baccheus vel phrygius. Persius saty. j. Claudere sic didicit versum berecynthius atys.

Berecynthus.

¶ A cersecomes. i. capillatus quia sine tonsione comarum interpretatur. Iuuenalis saty. v. Vendit acersecomes si nullum in coniuge crimen. ¶ Albunecar oppidi nomen hongarie. Baptista. de exhor. Spicula nec retrahens albunecar ære chorusco.

Acersecomes.

¶ Illecebrebrarum. voluptates inordinate. Ouidius in fastis: Turpibus illecebris & vano dedita ludo. ¶ Sequūdo excipiuntur quæ ex breuibz originez habent. vt extrinsecus/quindecim/hendecasyllabus &c. ¶ De proprijs autem sicut. Seneca. Ezechias. Suffecius. &c. Nihil hic dico.

Albunecar

¶ E/ante:d/in medijs.

E:d:produces:in edon vel edes:lacedemon:

E/ante/d/in medijs.

Vnedo:pencedanum:tenedos:remedū lebedusq3

Essedum:&heledonā semper breuiare iuberis.

¶ E/ante/d/in medijs longatur vt sarpedon/canadiū/cinadus.&c. ¶ Excipiuntur primo nomina quæ exeunt in edon vel in edes sue propria sue appellatiua fuerint vt alcimedon/ automedon/hippomedon.&c. Alcimedes/ furimedes/ethramedes.&c. Verg. ij. æneid. Armiger authomedon vna omnis cyria pubes. Ouidius de pontho. Alcimedes tanto populū clamore ciebat.

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

Vnedo.

pencedanū

Tenedos.

Remediū.

Lebedus.

Essedū.

¶ Sequēdo excipiūtūr octo dictiones in textu. ¶ Lacedemō oppidū gracie Sidonius in sequēdo panegyrico. Attis mel phœnix palmas lacedemon oliuas ¶ Vnedo vnedonis species pōmi tazacerbi vt ultra vnū comēse nemo valeat Philēphus saty. quinquagesima. Vnedo cum dabitur dentes reddentur acti. ¶ Pencedanū herbe nomē petrociliū nostri vocant. Lucanus lib. ix. Pence danū bibulis passim exurgebat arenis. ¶ Tenedos insula prope troia. Vergi. ij. aneid. Est in conspectu tenedos notissima fama. ¶ Remedium quod in textu per tres syllabas remedium carminis gratia profertur. est quicquid malo alicuius medetur atq; succurrit. Lucretius libro sexto. Nec ratio remedii cōmunis certa dabatur. ¶ Lebedus italicie oppidum. Haratius episto. xj. Scis lebedus q̄ sit gabjis desertior atq; ¶ Essedū currus bellicus vel in quo heroides contēcte vehi solent. Persius satyra sexta. Essedaq; ingentēsq; locat cecōnia rhenos. ¶ Heledona piscis & morbus quē polypū vocāt. Martialis in epy. Heledonā tacito sublegit pollice nobis.

Documentum.

Ficedula & macedon recte variare licebit.

Ficedula.

Macedon.

¶ Due dictiones in textu variāt/e/ante/d/in medijs. ¶ Ficedula nomē auis. Iuuenalis saty. xij. Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Martialis in xenijs. Caria quē patulo lucet ficedula lyngo. ¶ Macedō macedonis populus & regina macedonē. Luca. lib. vj. Quin tibi sacro macedō seruetur in antro. Aratus libro. ij. Talibus obstupuit formis vir quippe macedo. At ne forte arati despicias auctoritatem. Ouidius idem fecit in eius nominis deriuato Dicens libro. xij. metha. Qui clypeo gladioq; macedoniaq; sarissa.

E: ante: f: in medijs.

E/ante/f.

E: super: f: si quando datur medijs breuiatur.

E/ante/f/in medijs corripitur vt elefas/telesus/macefagium &c. Dico autem in textu si quādo datur quia hęc quę dixi & eorum similia omnia per/ph.aspiratum melius q̄ per/fi scribi debere arbitror.

Documentum.

Anceps compositum facio fioq; reponunt

Hinc quod producant semper dempsere venenum.

¶ Composita a facio & fio variant/e/super/f/in sine prioris partis vt tepefacio

tepefio/liquefacio/liquefio/patefacio patefio. &c. Horatius sermone. xiiij. In matris fufculo ferrum tepefecit acutus. Catul in epist. Alta tepefaciet permixta flumina cede. Propertius. Nec flentis domine patefiant nocte fenestre. Lucre. lib. vj. Causa patefiet verumq; in luce nitebit. ¶ Eiusmodi tamen compositum ex nomine venenum & verbo facio vel fio semper producit ut veneficus venefica veneficum. veneficium &c. Ouid. in epist. Barbara narratur venis se venefica tecum. Idem de remedio. Deme veneficijs carminibusq; fide.

☞ E: ante: g: in medijs.

E: g: corripies: hinc naupegus: soropegus:

E/ante/g.

Cunq; categoria: perihēgesis: atq; cetegus:

Symplegas: symplega: exegema: siue strategus:

Et scenophegia: siue strategema: demere debes.

Et que diphthongus vel vox primaria longat.

¶ E/ante/g/in medijs corripitur ut tristega. Lucretius libro decimo. Splendida sericeis velatur tristega pannis. Elegia Martialis libro. v. Detineat cultis aut elegia comis. Hæc aut authoritate fulcita volui. quia in his plurimos errasse comperio. Propterea ut interim de tristega taceam nunq; tu nomen elegia q̄ primis duabus correptis & tertia longa proferas nisi forte sit diphthongi ei resolutio siue diuisio ut est apud. Ouidium in episto. Flebilis indignos elegeia solue capillos ubi per quinque syllabas id nomen debet enuntiari. ¶ Ab hac regula excipiuntur primo vndecim dictiones in textu. ¶ Naupegus nauis fabricator aut ductor. Valerius flaccus lib. v. Classẽm acer leuas torquet naupegus ad vndas. ¶ Soropegus acerui diuitiarum accumulator. Propertius. Deditus illecebris non soropegus erit. ¶ Categoria: accumulatio vel predicatio. Hinc categoricus ca. cum. i. accusatorius vel predicabilis. Lucretius libro vltimo. Hæc categorias animo vigilante tuebor. ¶ Perihēgesis: circuitus siue ambitus terre & mundi. Lucil. lib. iij. Pendetur studio perihēgesis illa frequenter ¶ Cetegus multe proditiōis Romanus fuit. Iunenalis saty. iij. Claudius accusat mechos catilina cetegum. ¶ Symplegas symplegadis nomen scopuli & insule concurrẽs latine explicatur. Lucanus libro. ij. Vana reperculsit pontus symplegas inanem. ¶ Symplega illa est fabrica ex qua quocunq; genere ludise exercitantes prospectantur. Baptista de gon. Symplega ex alta cernere gessit equos. ¶ Exegema exegematis. multiplex astutia/vel consilium. Cornelius de vita alexandri. Tale vaser repetit nostris exegema causis. ¶ Strategus miles cautus & astutus. Baptista in epist. Noster abortiua mente strategus erit.

Naupegus

Soropegus
Categoria.

perihēgesis

Cetegus.
symplegas

Symplega.

Exegema.
Strategus

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

Scenophe-
gia. ¶ Scenophegia scenophegiorum sunt comestationes in umbra facte quales
erant iudeorū cum celebrarent festū tabernaculorum: sub arboribus em̄ co-
nabant ad recordationem patrum qui a egypto venientes taliter in deserto man-
ducauerant. Baptista. in sylvis. A robore suppositis celebrant scenophegia mēsis.
Strategie-
ma. ¶ Strategema/gematis/militaris astutia fortitudo vel consilium. Papinius
in sylvis. Belligeram multo inuadit strategemate plebem. Alij stratagemate
legunt. ¶ Secundo. Excipiuntur quę vel diptongo scripta sunt (sicut panæ-
gyris. Cenægyrus &c.). Vel q̄ ex longis deriuant (sicut collega collegiū &c.).
A lego legas. i. mitto. Hora. j. sermonū. Ambubaiarū collegia famnacopole.

E: ante :l: in medijs.

E. ante. l. E: super: l: produc: hinc cypsela: marcelianum.
Angelus: & meneleus: hecatebeletes: ageladas.
Ampelus: ardilio: asphodelus: penelops: achelous.
Cypselus: ac eleleus: thymeles: semele: parelothus
Et pterelas: obelus: xerampelineq; etheliscq;
Sicelis: ac arelas: icelus: stiphelus: sphacelusq;
Encheliæ: encheladus: cum futrapelus: sepelire.
Vindelici: quę dant telos & scelos: aut melos educ.

Cypsela. ¶ E ante: l/ in medijs producit ut famelicus/ candela/ philomela &c. ¶ Ex-
cipiuntur. Primo triginta dictiones in textu. ¶ Cypsela mensura frumetaria
quatuor continens modios. Philol. saty. octogesima. Concidat & iustum per-
tingat cypsela finem. ¶ Marcelianum vnguentum quo marci italie populi uti
solent. Marti. lib. iij. Cuius olet toto pinguis coma marceliano. ¶ Angelus
gręca dictio latine nuncijs explicatur. Hinc est euuāgelium. i. bonum nunciū
Prudentius de cruce Angelus ex alto pacem deducat olympo. Sedulius de sa-
cris literis. Est euuāgelium quicquid deus ordine prompsit. ¶ Meneleus hu-
ius menelei vel meneleos canis nomen. Oul. iij. Meth. Harpalos & meneleus
hirsutaq; corpore lachne. ¶ Hecatebeletes. te. apollinis nomen sic dicti q̄ in
eius solennitate centum medici totidemq; cantores convenirent. Papinius
in sylvis. Non hecatebeletes tantum gaudebit honore. ¶ Ageladas agelada
prestantissimi sculptoris nomen. Colu. li. xj. Nec polycletea vel phragmonis

aut agelade. ¶ Ampelus vitis siue vinea. Corne. de vita Alexan. Non ita defer
 aut succreuerit ampelus aruo. ¶ Ardelio ardeliōis est vel gulosus qui ad cibū
 & potum equo auuidius ardet vel est vanus & inutilis qui nihil nō incipere ve
 hementer ardet: sed nihil perficit. Martia. li. ij. Vix dicam quid sis magnus es
 ardelio. ¶ Asphodelus herbe nomē muguetū galli vocant. Colu. li. v. Aspho
 delum liquido pperant adhibere liquori. ¶ Penelops penelopsis. Nomē auis.
 Ouid. de trist. Hinc penelops viridi festinat ab arbore pratis. ¶ Achelous gy
 gantis & fluuij nomen. Ouidi. viij. Metha. Hinc abiens vincas alios acheloe
 drachones. ¶ Cypselus iasonis filius qui chorinthū in achaia cōdidit. Verg.
 in priapeis. ¶ Cypselus ipse patri nullo minor equora clauit. ¶ Eleleus huius
 elelei vel eleleos est bacchus aut vinum. Ouid. iij. Metha. Nyctiliusq3 elele
 q3 pater sua robora pandunt. ¶ Thymele thymeles histrionica mulier pulpū
 interp̄taf Iuue. saty. vj. Diues & a trepido thymele supposita latino. ¶ Se
 mele semelae mater bacchi & nomen sylue in qua solet coli. Ouidi. vj. Fasto.
 Lucus erat dubiū semele thimele ne vocetur. ¶ Parelothus est harpago qua
 naues inter bellandū retinentur. Lucre. li. iij. In promptu parelothus erat qua
 dentibus vncis. ¶ Pterelas pterele nomen canis velox interpretatur. ¶ Oui.
 lib. iij. Metha. Et pedibus pterelas & naribus vt ilis agre. ¶ Obelus est veru
 quo superflue addita in scripturis notari solent sicut truncata asterisco. i. stel
 sula. Philol. saty. xx. Primus aristarch⁹ obelis certauit & astris. ¶ Xerāpeline
 sicce & iam detrite vestes. Lucilius saty. vij. Nos xerampelinis tandem vesti
 uit auitis. ¶ Ethelis nomen piscis. Baptista i epy. Non ethelis nō turtur erit
 sed gobio pastus. ¶ Sicelis icelidis vel icelidos cultrix secilie & fons ibidem.
 Ouid. in epy. Quid mihi cum icelbo icelidis esse volo. ¶ Arelas arele oppidum
 Britannie. Aufon. in epy. Misceitur subitus arele cū gente britannus. ¶ Ices
 celus fopni filius vel ipse fopnus. Ouid. xj. Metha. Hunc icelum superi morta
 le phobetora vulgus. ¶ Stiphelus nomen centauri. Ouid. xij. Metha. Quiq3
 neci ceneus dederat stiphelumq3 bromumq3. ¶ Sphacelus herbe genus. Co
 lu. li. vij. Cū siliquis etiam sphaceli de gramine ponam. ¶ Enchelīa oppidum
 boetie. Lucanus li. iij. Enchelīa veri lucentes funera cadmi. ¶ Encheladus
 gygantis & grammatici p̄ceptoris nomen Iuue. saty. vij. Quis gremio enche
 ladi doctiq3 palemonis affert. ¶ Futrapelus vrbanus & elegans. Martia. in
 epy. Futrapelus tonsor du3 circuit ora luperci. ¶ Sepelio sepelis verbum satis
 notum. Persius saty. iij. Iampridem hūc sepeli tu restas perge tacebo. ¶ Vin
 delici populi macedonie ppe lesbon. Martia. lib. ix. Me tibi vindelicis raptū nar
 rabat in oris. ¶ Sequundo. Excipiuntur omnia q̄ cōponuntur ex gr̄ca dictio
 ne telos. i. finis honor vel tributum vt praxiteles aristoteles &c. Vel icelos. i.
 crus vel tibia vt pericilis metrocilis &c. Vel melos. i. melodia vt endimeles eu
 ximelus. i. bonus cantor. &c.

 Documentum.

Seu proprium/seu non fuerit cybele variabis:

Cybele cybeles est mater deorum est etiam mons & oppidum phrigie: sed

Asphodel⁹
Penelope.
Achelus

Cypselus.
Eleleus.

Thimele.
Semele.

Pareloth⁹

Pterelas.
Obelus.

Xerāpcline

Ethelis.

Sicelis.

Arelas.

Icelus.

Stiphelus.

Sphacelus

Encheliaz.

Enchelad^o

Dr.
G. burg bay. 1840

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

semper mediam habet communem. Claudianus in. iij. de Raptu proserpine. Dicta ferant subicit cybele non tanta tonanti. Idem Ibidem. Profluit & tali cōpellat voce cybelem.

☞ Differentia,

Vir semper breuiā: sed mons ampelius educ.

Ampelius ¶ Ampelius nomen viri sequendam corripit. Prudentius de virgine Ampelius longo sic circumducitur actu. Sed Ampelius promontorium prope cyciadā eandē pducit. Lucre. xj. Remigibus celeres ampelius ille carinas. ¶ Dic ergo puer. Disperit ampelius qua nunc ampelius extat.

☞ E/ante/m/in medijs.

E. ante. m. E/ super/ m/ produc: hinc artemis/ artemidorus.

Gethsemani/ vehemens/ alemannia/ chrysothemisq;

Ploxemum/ & hinc ptolemos/ elementum demere debes.

¶ E/ ante/ m/ in medijs producit vt eremus eleemosyna (p sex syllabas) anathema &c. ¶ Excipiuntur nouem dictiones in textu. ¶ Artemis midis diana soror phebi. Propertius lib. iij. Artemide nos solici cum fratre vocamus. ¶ Artemidorus herbe & viri nomen peritum medicum significat. Martia. lib. vij. Non ita iactabat cum vinceret artemidorus. ¶ Gethsemani nomen ville sue pagi in iudea prope montem oliuarum terra fertilis latine explicatur. ¶ Sedulius de passione. Gethsemani cum discipulis tum rura petiuit. ¶ Vehemens fortis alacer & subitus. Lucre. lib. nono. Viribus extremis vehemētia spicula iactant. Idem tamen author per syneresim id nominis duabus syllabis quandoq; profert: sicut Cicero in arato. Gessit tam vero clymata est vngula vehemēs. ¶ Alemannia regio est germanie. Claudianus in. iij. De cōsolatu honorij Impletatq; tuum supplex alemannia nomē. ¶ Chrysothemis aurea forma. Verg. in priape. Quo tibi chrysothemis tadē mea nata recessit. ¶ Ploxemum archa sue capsa. Senec. i heccu. Ploxemi fortes quateret recessus &c. (Saphicum est) ¶ Ptolemos vel ptolemus græca dictio latine miles dicitur hinc pyrrhus achillis filius dictus est neoptolemus. i. nouus miles. Verg. ij. Aeneid. Cede neoptoleum geminosq; in limine atridas. Itaq; in simili compositione nomen hoc frequēter vsurpatur vt triptolemus ptolomeus philopolemus &c. ¶ Elementum rerum naturalium vel literarum principium. Oul. iij. Metha. Denhor hic tellus elementaq; grandia traxit.

☞ Differentia,

Corripes flans anemos: produces anguis anemos.

¶ A nemos ventus aquilonis mediam habet correptam. Quid. de trist. Hinc anemo veniente cale labuntur ad inum. Sed anemos ex anguis siue absq; sanguine eandem habet diphthongo productam. Lucre. lib. xi. Obuius accurrens videt impatienter anamon. ¶ Dic ergo puer. Exiliens anemos facit vt sit corpus anemos.

➤ E/ ante/ n/ in medijs.

E/ super/ n/ longum est: xenos/ & stenos/ & genos inde. E. ante. n.

Ambenus/ alcamenes/ asenech/ hebenus/ berenice.

Aduena: miritenes: echeneis: carcenis: istis.

Fumenis: eurimene: iuuenis missumenos: addam.

Olenos: orchomenus: cum nyctimene: berenice.

Sic & achamenides: achamenus: argena dictis.

Pocmenis: atq; phonolenides: helene: amphigenia.

Ormenis: ormenium: vel parmeno: parthenopea.

Cazomene: cum melpomene. vel parthenos: arcta.

¶ E/ ante/ n/ in medijs producit vt agareus agenor suffenus &c. ¶ Excipiuntur. Primo omnia quae componuntur ex graeca dictione xenos. i. hospes vel peregrinus vt philoxenus. i. vir hospitalis axenus i hospitalis aristoxenus id est optimus hospes &c. ¶ Sequendo excipiuntur composita a thenos: id est fortitudo vel robur vt calisthenus demosthenes borysthenes. &c. ¶ Tertio excipiuntur composita a genos: id est genus siue illa latina sint vt ingenuus indigena ingenium &c. Siue graeca vt dyogenes harmogenes protegenes. &c. ¶ Quarto excipiuntur vna & triginta dictiones in textu.

¶ Ambenus mons & oppidum i insula colcho. Valerius Flaccus libro sexto Ambenus Arduus equoreis superminet amben⁹ vndis. ¶ Alchamenes peritissimum scul Aichameptoris nomen Aufonius in epygrammati. Prouidus alchamenes tali pollebat in nes. arte. ¶ Asenech oppidum hebreorum latine ruina vel precipitatio interpretatur Asenech.

Petri Pon. Cæci Bru, In Artem Ver.

- Hebenus.** Sedulius de Iu. Non ita cōtinēdis alenech furiabat in armis. ¶ Hebenus vel hebenum: arbor cuius lignum est nigerrimum. Verg. primo georg. Fert hebenū solis est thurea virga sabeiis. ¶ Berenice berenices: preciosi lapidis & regine ægypti nomen. Prudētius in Picomachia. Quid multa decorare iuuat digitos berenice. ¶ Aduena extraneus vel peregrinus quasi ex lōginq̄uo ad nos veniat. Papinius primo achilleidos. Nec te comas neq̄z em̄ aoniū nemus aduena pulso. Sed auena mediam producit per regulam. Vergi. in bucco. Syluestrem tenui musq̄z meditaris auena. ¶ Miritenes: preciosa gemma. Priscianus in perihēgesi. Miritenemq̄z bonū nardi cum reddat odorez. ¶ Echeneis piscis parue q̄tatis qui tamen maximas naues sui presentia immobiles sistere facit. Atq̄z ideo latine remora quasi a remorādis nauibus dicitur. Lucan⁹ libro sexto. In medijs echineis aquis oculiq̄z drachonum. Caue hic ne cum indoctis echinus per tres syllabas protuleris. ¶ Carcenas carcenatis: nomen piscis. Lucre. lib. viij. Carcenas oceanū cauda crispante secabat. ¶ Fumenis fuma. Sil. lib. ij. Fumenis in medios irrumpit turbida cōtus. ¶ Eurymene eury menarum oppidum est thessalie. Valerius flaccus lib. vj. Eurimenas rigido tandem mauorte subintrat. ¶ Iuuenis qui nuper adolefcentia excessit. Horatius de arte poetica. Imberbis iuuenis tandem custode remoto. ¶ Missumenos adiectiuum græcum est displicens & odiosus cuius contrarium est dilexapothos quia maxime optatū & iucundum significat. Deutroq̄z martialis inquit in apopho. Non erit in turba quisq̄ missumenos ista. Sed poterit quiuis esse dilexapothos. ¶ Olenos vel olenus: oppidum atholie & aliud boetie. Statius libro decimo thebai. Olenos ionijs & fluctibus hospita portu. ¶ Orchomenus vel orchomenon mons / fluitus / & oppidūz thessalie. Ouidius. v. metha. Vsq̄z sub orchomenon protendere vela iubebat. ¶ Nyctimene nycti menes: puella in noctuam versa vel ipsa noctua. Ouidius sequēdo metha. Cui mine nyctimene nostro successit honori. ¶ Berenice berenicidis oppidū phrygie. Silius li. iij. A fuit vndosi cretus berenicide miles. ¶ Achamenides vn⁹ comitum vlyssis dextra: validus explicatur. Vergilius in. iij. æneid. Nomen achamenides troiaz genitore adamasco. ¶ Achamenes vel achamenus pri mus rex persarum. Vnde & perse achamenij dicti sunt. Propertius lib. ij. Nō tot achamenijs armatur fusa sagittis. ¶ Argena vel argenes apollo in argia oppido cultus. Seneca de hercu. fu. Argenā pictis coluit sub antris (saphicum est) ¶ Poemenis: nomē canis & pastoralis latine sonat. Ouidius. iij. metha. Poemenis & natis comitata harpya duobus. ¶ Phonolenides ebrius & rabi dus explicatur. Lucilius lib. ix. Illa phonolenides furia mēte petiuit. ¶ Helene helenes vel helena helene vxor fuit menelai ppter quā troia cecidit. Fuit & mater cōstantini quē crucē dñi inuentā curauit. sed pro quacūq̄ muliere formosa sumitur. Oui. in epi. Redde parim nobis helenam menela⁹ habebit. ¶ Amphigenia oppidū boetie. Papi. iij. thebai. Huic parere dati quos fertilis amphigenia. ¶ Ormenis nympha: nomē. Ouidi. in episto. Ormeni quēso meis oculos affige tabellis. Ormeniū pagus boetie. Cornel. de vita alexādi Ormenij fūdos secundaq̄z p̄dia querūt. ¶ Parmeno onis. astutus seru⁹ apd therētū caut⁹ inuētor latine dicti pōt. Philel. in satyris. Nō ego vulpina venio partheno: e tibi parmeno mēte. ¶ Parthenope pes. vel parthenopea nopee. vrbs italice. quā

Neapolim nunc vocant vt est in hoc Vergilij epythaphio. Manthua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc Parthenope cecini pascua rura duces. ¶ Cla Clasmene zomene menarum: Oppidum/ Assyria. Horatius lib. vii. Clazomenis etiam lites cum rege molestas. ¶ Melpomene melpomenes vna musarum dulce canticum nens dicitur. ¶ Vergili. de iuentis musarum. Melpomene thraico proclamat moesta boatu. ¶ Parthenos vel parthenus p masculino & parthenice parthenices pro feminino est virgo. Bap. in. Ma. Parthenice mea qualis erat iam gratior euo: hinc est parthenius appellatiuum qui ex muliere natus est: quæ virgo nupit. Iuuenalis saty. xij. Parthenio factas vine cratera capacem hinc est/ & parthenius proprium mons fluius & oppidum archadie. Verg. in Bucco. Frigora parthenios canibus circundare saltus.

Documentum.

Porcena: & armenia/neriene: carmina mutant.

¶ Tres dictiones in textu variant/ e/ ante/ n/ in medijs. ¶ Porcena Romano- Porcena. rum rex circumspexit latine explanatur. Martialis libro primo. Hanc spectare manum porcena non potuit. Vergilius. viij. Aeneidos. Necnon tarquinium eictum porcena iubebat. ¶ Armenia regio. Papinius primo sylvarum. Armenia. Armenia & patiens latij iam pontis araxes. Lucilius li. ix. Viribus hesperis duplex armenia paret. ¶ Neriene neriene filia martis vel ipse mars aut bellum. Neriene. Papinius in syluis. Oppositas acies neriene vincere certat: Correctionis autem testimonio est Aulus gelius qui id nominis variandum tradit.

E/ ante/ p/ in medijs.

E/ p/ breue est: quæ dant lephæq/ paleq/ lycepes.

E/ ante/ p.

Sic hodoeporus/ æsepus/ præsepe/ losephus.

Sic & hypepa moror si vis asclepius addes.

¶ E/ ante/ p/ in medijs breuiatur vt elephas olephus thelephus &c. ¶ Excipiuntur. Primo oia coposita a dictione græca lephæ. i. detructio vt synalepha vocalis peremptio epythalepha comestione depositio. ¶ Sequendo excipiunt coposita a vocabulo græco pale. i. diurne vt palephanus qui diu & plix loquitur: palephæ q diurnaducat palepolis diurna & vetus citas. ¶ Tercio. Excipiunt septē dictiones i textu. ¶ Lycepes nomē cetauri statius i syluis. Prelia miscbat recta ceruice lycepes. ¶ Hodoeporus itinerarius siue viator. Claudianus in epy. Vnde precor tanto pperas hodoepore motu. ¶ Asephus fluius prope colcum. Corn. de vita Alexā. Et fluxū equoreas æsephus voluit i vndas. Lycepes. Hodoepor. Asephus.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

Præsepe.
Iosephus.
Hypæpa.

Asclepius.

¶ Præsepe id in quo pecora pascunt. Calphurn. in bucco. Ad sua iam pasti rede-
unt præsepia thauri. ¶ Iosephus optimus iudaice historiæ cronographus. Se-
duli⁹ de iudeis. Si qua fides nostro fuerit prestanda Iosepho. ¶ Hypæpa Hy-
pæporum oppidum. Lidie sub culmine montis interpretatur. Ouidius. vj. Me-
thamorpho. Orta domo parua paruis habitabat hyppis. ¶ Asclepius poeta
lydius qui genus hoc carminis primus excogitauit quod asclepia deum nunc-
cupatur & pro carmine ipso non inepte sumi potest. Sedulius de iudeis. Falla-
ces hominum mentes asclepius edat.

E/ante/q/in medijs.

E, ante, q.

Ante/q/corripis/e/medijs: nihil excipitur.

¶ E/ante/q/semper corripitur vt diequarti diequinti &c. Testis est Aulus gell-
ii. ix. Noctium articularum. Belligerabantur pedites equites diequinti.

→ E/ante/r/in medijs.

E, ante, r.

E/super/r/breuiā/remex/caris/heresis/an nus.

Austerus: crater: abdera: cythera: cytheræ.

Poderis: panther: arcera: seuerus: acheras.

Oemanthera: megera: statera: arteria: iberus.

Archeris: procera: chymera: neera: cytheron.

His cauterius: & cauteria: siue galerus.

Et centeria: vel sincera: machera: cyperus.

Sother: & neutrum produc quod in erium abiuit.

Ni donet glycos astra magister siue minister.

¶ E/ante/r/in medijs breuiatur vt superus/camera posterus &c. ¶ Excipi-
tur primo quæ ex vna quattuor primarum particularum in textu componun-
tur: vt a remex trieris naui trierarchus eius rector. A caris(.i. gratia). Ca-
risterie reconciliæ de gratiæ munus. Caristerius amicitie & fauoris captator.

¶ Ab heresis vt epapheresis diereis synereis figurarū diuinōis noīa. Ab ann⁹ vt bieteris bieteridis. i. biennū trieteris trieteridis. i. triennū trietericus / ca / cu3. quod tertio quoq3 sit anno vt trieterica festa bacchi. Sil. li. iiii. Edonis vt pangea sup trieteride motu. Verg. in georg. Fertur & auditio simulat trieteri ca baccho. ¶ Sequundo excipiuntur octo & viginti dictiones in textu. ¶ Au-
 sterus austera auferū durus & rigorosus. Lucret. li. vi. Austerum ostendes vultū velut hemicus insit. ¶ Crater crateris latū poculū. Verg. j. anei. Cra-
 teras magnos statuunt & vina coronant. pro eodem & Cratera cratera dicitur
 ¶ A bdera oppidū thracie. Oui. in ibin. Aut te deuoueat certis abdera dieb⁹
 ¶ Cythera cytherorū sine singulari mōs & insula iuxta chretā. Verg. j. anei.
 Hunc ego sopitū3 sopno super alta cythera. ¶ Cythere cytheres venus Auso-
 nius in epy. Nec bis cincta diana placet nec nuda cythere. Dicitur tñ & cythe-
 rea sequūda correpta. Verg. j. anei. Parce metu cytherea manēt imota tuorū
 ¶ Poderis sacerdotale vestimentū casulā galli vocant. Ennius labitur ad plā-
 tas poderis iuppiter imas. ¶ Panther pātheris vel panthera panthere aial plu-
 rimis variatum maculis. Bap. in epy. Nō se tam varijs maculis panthera colo-
 rat. ¶ Arcera curus vndiq3 clausus A ufonius in epy. Supplicibus nymphis
 pluias arcera vetabat. ¶ Seuerus seuera seuerū grauis & moratus quasi satis
 verus dictū volunt. Ouid. in fast. Dulcia nec clymenes verba seuerus habet.
 ¶ Acheros acheri insula ppe cycladas. Valerius Flac. iiii. Nauibus aduersis
 tandem sulcatat acheras. ¶ Oemāthera hoim generatio. Lucre. li. x. Tot pe-
 cudum partus vix oemāthera ferebat. ¶ Megera infernalis furia. Ouidi⁹. de
 Tristi. A ttonite trepidant anime bacchate megera. ¶ Statera id quo res lan-
 cibus pōderantur. Sedu. li. iij. Mandat iusticijs equa trutinare statera. ¶ Ar-
 teria. rū. vel arteria arteriē meatus est sub gutture per quē spūs a pulmone
 trahitur & ab eodē remittitur. Lucre. lib. iij. A spēriora foris gradies arteria
 clamor. ¶ Iberus fluuius hyspaniē. Lucre. lib. iij. Qui prestant terris insert
 tibi nomen iberus. ¶ Arceris arē securis qua sacerdotes quondā hostias in
 sacris maclabāt. Papinius in syluis. Arcerim excussit porrecta fronte iuuec⁹.
 ¶ Procerus procerā procerum est longus longa longum. Vergilius. ix. Ae-
 neidos. Proceram Aerata gestabat cuspidē pinum. ¶ Chymera mōs lycie in
 cuius vertice sylua est plena leonibus. in descensu autem secunda sunt pascua.
 iu valle vero sūt paludes plene serpentibus ppterea poete & dyalectici fingunt
 esse monstrum quod caput leoninum ventrem caprinum & pedes serpentinos
 habeat. Ennius Bellerophon multa fregit virtute chymeram. ¶ Neara muz-
 iler rustica fumosa interpretatur. Vergilius i Buccolicis. Infelix o semper ouis
 pecus ipse nearam. ¶ Cytheron mons boetieveneri & baccho sacer. Papinius
 sequundo Tbebaidos. Phebados & rauco resonat clamore cytheron.
 ¶ Cauterius / vel cauterium illud est instrumentum quo notā proditorum
 frontibus imprimuntur. Cauteria autem notā ipsa vel impressio est. Manilius
 libro sequundo. Debita sacrilegam tetigit cauteria frontem. ¶ Galerius rufi
 canum capitis tegmen. Iuena. saty. vi. Et nigrū flauo crinem abscondere ga-
 lero. ¶ Centeria insula centum continens vrbes sicut creta iouis patria. Pro-
 pertius. Non tales procerum sensus centeria nutrit. ¶ Sincerus sincera sines-
 sum est purus & imaculatus. Prudentius in plicomachia. Non venit obsequū

Austerus.

Crater.

Abdera.

Cythera.

Cythere.

Poderis.

Panther.

Arcera.

Seuerus.

Acheros.

Oemanthe

ra.

Megera.

Statera.

Arteria.

Iberus.

Arceris.

Procerus.

Chymera.

Neara.

Cytheron.

Cauterius.

Galerus.

Centeria.

Sincerus.

Petri Pon. Cæci Bru, In Artem Ver.

Machera. sincero/e/pectore carmen. ¶ **Machera:** bellicum instrumentum plumbeā clauam nunc vocant. Catul. in epl. Cui concisa graui fregerunt ossa machera.
Cyperus. ¶ **Cyperus** arbor & herba latine ligustrum. Ennius de bel. pu. Atq; vbi iam dense simul accessere cypero. ¶ **Sother** sotheris: saluator & sotheria saluatio. Sedulius de euange. Scripta prophetarum talem sothera recludunt. ¶ **Tertio** excipiuntur neutra in erium terminata vt misterium/ baptisterium/ corniterium. &c. ¶ **Hinc** rursus excipiuntur quattuor deducta a dictionibus in textu positis vt a glycos (id est dulcis) glycerium/ (i. dulcis amor) Martia. in epy. Dat sua formose munera glycerio. A b aster vel astra. i. stella asterium. i. constellatio. Lucretius libro. vii. Asteriuz multi voluebant ordine longo. A Magister magisterium. Tibullus. lib. iij. Quum mea ridebant vana magisteria. A minister ministerium. Vergilius in sexto aneidos. Triste ministerium & subiectam more parentum.

☞ **E: ante: s: in medijs.**

E/ ante: s. **E: super: s:** curtant: hinc esimus: esis: & esos:
Hebefos: ancæsa: genesa: galesus: Iesus:
Sic arcefsius: & carchesia: siue cabefus:
Et lycabefos: halefinus atq; ecclesia: halefus
Larnesus: vel marpesus: megalesia: opesos:
Lyrnesus: magnesia: cum cynesias: istis
Et cum myndefos: milesius: atq; malesus:
Theumesus: micalesos: ethesia: siue vagesus.
Ternesus: masefylj: prynnesia: anesum:
Argigoresa: simul coniunges: & titaresus.

E/ ante: s/ in medijs corripitur vt genesis ephesus nemesis. &c. ¶ **Excipiuntur** primo numeralia in esimus/esima/esimum. vt vicesimus/ tricesimus/ quadregimus. &c. ¶ **Sequendo** excipiuntur nomina græca tertie declinationis quæ eunt in esis, & apud græcos per H scribuntur. quia apud latinos in/ e/longum

semper vertitur vt diæcesis/poësis/phronoësis/ & alia cōplurima. ¶ Tercio exci-
piuntur cōposita ex particula græca nēfos. i. insula vt pelopōnēsus proconēsus
cherponnēsus &c. ¶ Quarto excipiuntur due & triginta dictiones in textu
¶ Herbesof. oppidum est prope hīblam. Silius. xiiij. Non herbesof iners nō
emula fluctibus hebe. ¶ Ancæsa sunt quæcūq; vala sculpta & circūcisa. Sta
tius de nuptijs stel. Fulgentes mensis pateras ancæsa decorant. ¶ Genesæ: op-
pidum indie. Ouidius de tristibus. Nunc mare feruet vbi pulchra genesæ fuit
¶ Galesus fluius laconie. Sta. in syluis. Et lacedemonij pecuaria culta galesi
¶ Iesus per tres syllabas hebreæ dictio latine saluator dicitur nec aspiratio-
nem recipit. Baptista. lib. ij. parthenices ma. Strennuus indigenas populos abi-
gebat iesus. ¶ Arcesius vlyssis auus & generale nomen ducis atticorū. Ovi-
dius. xiiij. methamorpho. Nam mihi laertes pater: est arcесius illi. ¶ Carche-
sium latum poculum quo sacerdotes in sacrificijs utebantur & pars suprema
vel. Valerius flaccus lib. iij. Ipse ter equoreo libans carchesia patri. ¶ Cabe-
sus oppidum indye. Cornelius de vita alexandri. Equora iam parue sulcat vici
na cæso. ¶ Lybesof mons atticus. Papinius. xij. thebaid. Vitibus & pigui
melior lycalesof oliue. ¶ Halesinus fontis nomen in macedonia. Priscianus
in periheges. Hinc & halesinus fons est mitissimus vndis. ¶ Ecclesia græca di-
ctio latine congregatio clericorum potest explicari. Sedulius de iudeis. Mul-
tiplices habuit genitrix ecclesia ritus. ¶ Halesus fluius sicilie. Columella
libro vndecimo. Et quæ sicanij flores legistis halesi. ¶ Larnesus nomen vrbs
in armenia. Ouid. in fastis. Temporibus vestris retro larnesus abibat. ¶ Mar-
pesus mons in insula parho hinc est marpesius marpesia marpesium. i. durissi-
mus durissima mū. Vergilius in. vj. aeneidos. Sit dura silex aut stet marpe-
sia cautes. ¶ Megalesia megalesiorū sine singulari solennia & ludī magne dee.
Ouid. iij. fast. Institerā quare primi megalesia ludi. ¶ Opefos: fluius & op-
pidum dalmacie. Ouidius primo libro tristi. Inde mensembracios portus &
opefon & arces. ¶ Lyrnesus phrygie oppidū. Vergilius in. xij. aeneidos. Lyr-
nesi domus alta solo laurente sepulchrum. ¶ Magnesia regio/ vrbs & promō-
thorium indye. Ouidius in epistolis. Imbellem tenuis profert magnesia tur-
bam. ¶ Cynesias vna cycladum. Manilius libro. iij. Classibus aduersis cyne-
sias obuia venit. ¶ Myndesof syrie oppidum. Cornelius de vita alexandri. Bel-
ligeros quondam pedites myndesof agebat. ¶ Milesius: populus iuxta indyā
Catullus in epy. Sunt veneris choree sunt hic milesia velca. ¶ Malesus mōs
phrygie. Lucretius libro septimo. Oppida sumiuomo non sunt subiecta ma-
leso. ¶ Theumesus: mons thebanus. Papinius libro. vij. Theumesus rapidis
conscendit gressibus heros. ¶ Micalesos promontheorium argiuorum. Sta-
tius in syluis. Exigitur preceps micalesii littora circum. ¶ Ethesia ventus spi-
rans ante ortum canicule sed ethesie pluraliter (vt iaz dixisse memini) rectius
infectitur. Plures em nominis eius sunt venti. Lucilius tamen libro quinto
ait. Cū cane ferales deducit ethesia morbos. ¶ Vagesus mons & oppidum ca-
labrie. Silius in decimo. Iam longinqua procul repetebant arua vagesi.
¶ Thermesus: fluius lybie. Priscianus in periheges. Thermesi vitream ra-
ptum preternatat vndam. ¶ Masasilius populi cappadocie. Baptista de donyso.

Herbesof.

Ancæsa.

Genesæ.

Galesus

Iesus.

Arcesius.

Carchesius

Cabesus.

Lybesof.

Halesinus.

Ecclesia.

Halesus.

Larnesus.

Marpesus.

Megalesia.

Opefos.

Lyrnesus.

Magnesia.

Cynesias.

Myndesof.

Milesius.

Malesus.

Theumesus

Micalesos.

Ethesia.

Vagesus.

Thermesus.

Masasilius.

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

Prynnesia. Hinc masafylas directo tramite gētes. ¶ **Prynnesia:** fluius mysie. **Lucretis**
Anafon. us libro. xij. Et quas magnus aquas quondam prynnesia fudit. ¶ **Anafum**
 herba nomen. **Columella** libro. vij. Cum loto taxoq; frequens mulcetura ana
Argirafa. sum. ¶ **Argirafa:** oppidum atholie. **Cornelius** de vita alexandri. **Argirafa**
Titarefus. viris fulgentia spicula mittit. ¶ **Titarefus:** fluius gracie. **Lucretius** libro
 ij. Hic voluit titarefus aquas & gurgite paruo.

Documentum.

Pleurefis: & phrenesis: mathesis: pro carmine muta.

Pleurefis. ¶ Tres dictiones in textu mediam habent communem. ¶ **Pleurefis:** dolor
 laterum. **Placer** de virtu. herba. **Collarum** quam pleuresim vocat. attica lin
 gua. **Prudentius** ad damasum. Hei mihi vtrūq; latus genitori pleurefis vi
Phrenesis. get. ¶ **Phrenesis:** furor capitis. **Martialis** libro quarto. Declamas i febre ma
 thon hanc esse phrenesim. **Serenus.** Ex vitio cerebri phrenesis furiosa moue
Mathesis. tur. ¶ **Mathesis:** diuinandi scientia. **Baptista** contra impu. scribentes. Sunt so
 phie partes est ingeniosa mathesis. **Sedulius** de laude marie. Nec vetita quisq;
 mathesi sua pignora tentet.

E: ante: t: in medijs.

E: ante: t. **E: t:** moror: ducta: annus: ethon: vel etas: areteq;

Ascleto: ascletypus: macetes: cynetes: amethysus:

Darctis: arteticus: hecatebeletes: arethusa:

Herpeta: cercetius: haliaetus: hesperethusa:

Etheretes: achete: iapetus: phlegeton: phaethusa:

Massagetes: oretæ: magete: vel acrenetus: istis

Hereticus: cum lampetie: crysendeta iunges

Cum nemeta: nepeta: heluetij: vegeto: venetusq;

Lucetia: atq; pareneticus: vel pometiorum:

Thyrſagetes: vel taygetus: vel pleureticorum:

Lucetius: cum pencetio: quod ſplendat agatur.


E ante t in medijs producitur. vt paraceto paracetas. i. aduoco vel conſolator. paracetus. i. aduocatus vel conſolator caue ne cum ſtulto imperitorum viſu. paracitus per i in tertia ſyllaba proſeras quia inſamen ſignificat quod ſpirituſancto attribueri nepharium puto. vt in apologia ſcius offendi. **E** excipiuntur primo compoſita ex breuibz vt impetus impeto pedetentim. &c.

E Sequēdo excipiuntur compoſita a nomine annus vt bieteris/trieteris/bietericus/trietericus. &c. **E** Tercio excipiuntur compoſita a tethon. i. poſitio vt epytethon/antitheton/alyntheton. &c (quę figurarūz ſunt nomina) **E** Quarto excipiuntur nomina tertie declinationis quę in etas exeunt vt ſatietas/pletaſ ebrietat. &c. **E** Quinto compoſita cum ſimplici arethe. i. virtus vt arethuſa/panaretus/aretalogus. &c. **E** Sexto excipiuntur nouem & triginta dictio-

nes in textu. **E** Alchetos vel alchetus nomen equi. Baptiſta de al. Alchetus inde volat rapidis quaſi percitus alis. **E** Archetypus archetypa archetypum exemplaris quaſi principalis forma vt quę ab authore primo prodijt. Iuuenalis ſaty. ij Et iubet archetypos pluteum ſeruare cleanthas. **E** Macetes vel macta populus macedonie. Statiuſ in achil. Quod mactet ſua tela ciēt quo tur bine ceſſum. **E** Cynetes cynetis muſca quę longis cruribus roſtrum in capite habens inter paludes ægypti & indye naſcitur. Lucretiuſ libro nono. Ne cynetes duro perrūpat corpora roſtro. **E** Amethyſtus lapis qui geſtantez ab ebrietate preſeruatur. interpretat̃ em̃ ſine ebrietate. Vergiliuſ in priapeis. Quod ſi forte velim potare amethyſte iugabis. **E** Darcetis: ſemina q̃ in plūcē verſa ē.

Ouidiuſ. iij. methamorpho. Darceti quam verſam ſq̃am̃is velantibus artus **E** Arteticus artetica arteticum fluens inter carnem & cutem. Macer de vir tu her. Quem grauatur artetici nimiuſ violentia morbi. **E** Hecatebeletes apollo ſic dictuſ q̃ centum animalium immolatione ei ſacrificaretur. Luciliuſ lib. vij. Mox hecatebeletes purā ſufflauit in aurem. **E** Herethuſa nymphæ nomen. Catul. ad euandrum. Non me cachelides non heretufa tenet. **E** Herpeta morbus qui teſticulos imminuit. Corne. de vita alexandri. Miſerum eſt tā tam grauis opprimit herpeta mentem. **E** Cercetiuſ: populus thracie. Priſcianuſ in perihegeſi. Cercetij ſua regna tenent ſua iura tuenſ. **E** Haliaetus: nomen auis. Baptiſta in epygrammatis. Multuſ & argutiſ haliaetus inſonat agris. Tu tamen per quattuor ſyllabas id nominis haliaetus proſerre poteſ.

ſed tunc penultima producitur. **E** Heſperethuſa: nymphæ nomen. Martialis in epiſt. Si forſan neſciſ heſperethuſa vocor. **E** Eteretes ſunt cretenſes. Sili decimo quarto. Eteretum cuneoſ non fauſta ad prelia minoſ. **E** Achete achetes eſt cicada. Catuluſ ad leſbiam. Pluriſima nocturniſ achete reſonabat in herbis. **E** Iapetus nomen regis apulie: & pro vento ſumitur. Ouidiuſ primo Methamorpho. Quam ſatuſ iapeto mixtam fluuijalibuſ vndiſ.



Alchetos.
archetyp⁹.

Macetes.

Cynetes.

amethyſt⁹

Darcetis.

Arteticus
Hecatebele
tes.

Herethuſa
Herpeta.

Cercetiuſ.
Haliaetus.

heſperethu
ſa.

Eteretes.
Achete.
Iapetus.

Phlegeton **Phaetusa.** **Phlegeton** phlegetontis in fernalis fluius semper ardens explicatur. **Vergilius** in sexto. Tartareus phlegeton hic saxa sonantia torquet. **Phaetusa** solis filia. **Ouidius** sequendo **Methamorpho.** Plangorem dederant equis phaeetusa. fororum. potest tamen per tres syllabas proferri phetusa sicut eius frater phaeeton per duas pheton. **Massagetes.** **Massagetes** vel massageta populus scythie. **Silius** libro tertio. Nec qui massagetem monstrans feritate parentē. **Orethæ.** **Orethæ** populi thracie. **Priscianus** in perihēgeſi. Fluctuat equoribus; necnō oretheg feroces. **Magete.** **Magete** populi scythie. **Seneca** de hercule furem. Nullius tantos magete furores (Saphicū est). **Acænetus** **Acænetus** qui communitate neglecta suū solius curat vtilitate. **Iuuenalis** iatyræ septima. Discipuli custos p̄mordet ac netus ipse. **Hereticus** **Hereticus** hereseos defensor. **Sedulius** de fide Hereticos statuit flammis vitricibus vri. **Lampetie.** **Lampetie** lampetis filia solis. **Propertius** libro tertio. Pauera hos phorbo filia lampetie. **Crisendētū.** **Crisendētū** saltem auro inuolutum. **Martialis** libro septimo. Statim in syl. Augmentum nemeta calpetiano. **Nemeta.** **Nemeta** nomē fontis assyrie. **Stati** in syl. Augmentum nemeta sumente fugantur ad amnem. **Nepeta.** **Nepeta** nomen herbe. **Serenus** Si plagis nepetam solers coniunxeris vllis. **Heluetij.** **Heluetij** populi quos suiteſes vocat **Baptista** de exhortatiōe. **Heluetij** tibi dura acut venabula & enses. **Vegeto.** **Vegeto** vegetas est cresco crescis. **Sedulius** de confesso. Vita dum presens vegetaretur etus (Saphicū est). **Venetus.** **Venetus** populus maricola vrbes em̄ mari fundaras incolit. **Baptista** de Alphon. Reddita sunt veneto tandem vexilla leoni. **Lucetia.** **Lucetia** oppidum venetie. **Tibullus** libro. iij. Lucetie portus inausulta puppe secabitis. **Parentic.** **Parentic** qui furorem ex humiditate cerebri contrahit. **Serenus.** Iunge parenticos quibus est infesta cerebri. **Pometij.** **Pometij** pometiorum italię oppidū. **Vergilius** in sexto **Aeneidos.** Pometios castrumq; iui bolamq; coramq;. **Tyrsagetes.** **Tyrsagetes** populus scythie baccho imprimis deditus. **Valerius Flaccus** libro sexto. Tyrsagetem cinctumq; vagis post terga silebo. **Taygetus.** **Taygetus** motis nomen. **Lucilius** libro tertio. Taygeto bellis pubes exercita venit. **Pleuretic.** **Pleuretic** qui pleuresim patitur. **Macer.** de virtu. her. Pleureticū multo tu vit medicamine sanes. **Lucetius.** **Lucetius** apud thuscos est iuppiter q̄ lucem nobis prebeat. **Vergilius** nono **Aeneidos.** Lucetium porte subeuntem ignesq; ferentē. **Pencetius.** **Pencetius** oppidū silicie. **Ouidius.** xiiij. **Methamorphoseos.** Pencetiosq; finis mesapiaq; arua relinquit. **Spleneticus.** **Spleneticus** qui dolorē splenis patitur. **Macer.** de virtu. her. Spleneticus nimio nescit ridere dolore.

Documentum.

Tu vietus temetum pones vt metra requirunt.

Due dictiones in textu mediam habent communem. **Vietus** **vieta** vietum qui nature viribus destituitur vt in maxime egrotis fieri solet. **Lucretius** libro tertio. Nec supra caput eiusdem cecidisse vietum. **Horatius** in epodo. ode. duodecima. Quis sudor vietis & q̄ malus vndiq; membris. **Temetus** forte & indomitum vinum quasi mentem teneat atq; impediāt. **Catullus**

calua. Non viuos temeti calices haurire timebit. Martialis in episto. Mox sur-
rentini trulas ciatosq; temeti.

➤ E/ante/v/in medijs.

E. ante. u.

E/super/v/produc:tamen isteuones. breuiatur.

¶ E/ante/u/in medijs longat vt parascue longeuus primeuus &c. Sed iste-
uones populi nomen corripitur. Baptista de exhor. Isteuones longis incurru-
quominus hastis.

➤ E in vltimis syllabis.

E Breuia prime & quinte cum compositiuis.

E. i vltimis
syllabis.

Nomina vel plurale simul monosyllaba produc.

¶ E/in vltimis syllabis corripitur vt domine Criste dilige &c. ¶ Excipiuntur
primo nomina prime declinationis quia vbicumq; habent /e/in fine illud pro-
ducunt. ¶ In nominatiuo vt penelope/grammatice/logice/&c. ¶ In genitiuo
& datiuo vt epistole pecunie virge. &c. ¶ In vocatiuo & ablatiuo: vt o anchi-
se manasse ebdomade. &c. ¶ In nominatiuo & vocatiuo pluralibus vt bestie
puelle femine/&c. ¶ Sequundo excipiuntur ablatiui nominum quinte decli-
nationis cum eorum cōpositis aduerbijs vt specie/re/die. Vnde sunt quare pri-
die postridie hodie quotidie &c. ¶ Tercio excipiuntur nomina in/e/pluraliter
tantum declinata vt tempe/cete/mele/&c. ¶ Quarto excipiuntur dictiones
monosyllabe vt/me/te/se/pre/de/c/he/&c.

➤ Documentum.

Longat quinta fame:tamen & fame tertia curtat.

¶ Declinabant antiqui hæc fames famei per quintam declinationem. Nostri
vero fames famis per tertiam inflectunt. Vnde fit vt ablatiuus fame nunc po-
steriorem producat. nunc vero corripiat. Vergilius in sexto Aeneidos. Obijcit
ille fame rabida tria guttura pandit. Ausonius in epy grammatis. Non fame
sollicita tales adiganis ad vsus.

➤ Documentum.

Quæ fini componuntur monosyllaba curto.

m iij.

¶ Quando syllabice adiectiōes in /e/ componuntur in fine dictionis corripit̃ur: vt huiusce/ tute/ tuapte/ tuapte &c. Lucretius libro primo. Accipe p̃terea quæ corpora tute necesse est. Idem libro nono. Hicce dedit fleuitq; abiens de pectore questus.

Documentum.

Omne doce longum est: nisi tertia flexerit olim.

¶ Verba actiue vocis sequunde coniugatiōis iaptiui modi. i. p̃sone singularis nūeri p̃ntis tēporis sicut doce/ moue/ stude &c. Vltimā semp̃ producit. At qm̃ verba sequunde coniugatiōis quæ habent /e/ immediate ante/ o/ fuerunt/ olim tertiē eorum q̃ntitas apud poetas adhuc sepe remanet vt a cauo cauis. Horat. in epi. ait. Viue/ vale/ caue/ ne/ titubes mādatq; frangas. A vido vidis. Persi. inquit satyra. prima. Auriculas vide sis ne maiorum tibi forte. A valo valis. Quidius scribit primo tristium. Idq; quod ignoti faciunt vale dicere saltem. Quoties igitur hæc & similia verba offendis ad tertiam refuge coniugationeꝝ Nam Vergilius in sexto Aeneidos scribit. Ille autē paribus quas fulgere cer̃nis in armis. A fulgo fulgis. Et idem sequundo georg. Ait. Feruere leuātē paribus que effulgere in armis a seruo seruis & effulgo effulgis. Tu tamē caue imitari nisi in tali & tanto opere quale & quantum est illud in quo id illi faciunt.

Documentum.

Nomine de flexus aduerbia ducta sequundī.

Siue gradus: seu non habeant moror irrita demam.

¶ Aduerbium in /e/ descendens a nomine sequunde declinationis siue positīui siue superlatīui siue nullius sit gradus. comparationis vltimam producit vt pulchre pulcherrime docte doctissime recte rectissime. &c. Item eximie/ pie/ egregie/ &c. Dico autem descendens a nomine sequunde declinationis quia alioqui vltimam corripit vt dulce leue/ molle/ pro dulciter leuiter molliter. Ita sepe/ mane/ rite/ nempe/ quippe/ & similia superlatīuum tamē semper produces Tria vero irrita & irregularia sunt/ bene/ male/ & mage/ quæ i positīuo vltimā breuiant exemplorum referta sunt vbiq; omnia.

Documentum.

Duc ferme/ atq; fere/ bacche/ atq; pape simul ohe.

Ferme.

¶ Quinq; dictiones in textu posteriore syllabam longā. **¶** Ferme. i. quas

Iuuenalis faty. vi. Mobilis & varia est ferme natura malorum. ¶ Fere. Idem Fere.
Iuuenalis faty. tertia. Nulla fere causa est in qua non femina litem. ¶ Bacche Bacche.
interiectio bacchantium. Horatius libro tertio. Vsq; ad mala citaret io bac-
che modo summa. ¶ Pape interiectio admirantis. Persius faty. quinta. Mar- Pape.
cus damna pape marco spondente reculas. ¶ Ohe interiectio satietatem indi-
cantis. Martialis libro vlti. Ohe iam satis est ohe libelle (Phalenticum est).

✽ Differentia.

Quæ cum dipthongo duces: sine qua breuiabis.

¶ Quæ nomen dipthongo scribitur & ita semper produci debet. Sed que con- Quæ.
iunctio dipthongo caret & semper corripitur. Statius in Thebaid. iij. Que
variat fortunavices hominū que deū que. Nec vilo modo mihi probantur qui Que.
coniunctionem per titellum/q3 & nomen per | c| (que) scribunt quia nulla est
sine vocali syllaba.

✽ Differentia.

Curto/ne/dum querit: sed ne per cetera ducō.

¶ Ne varias habet significantias: sed quando interrogat sicut utrum corrip-
tur. Verg. in primo Aeneidos. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri: sed Ne.
pro alijs significatis vt affirmando vel prohibendo producit. Persius satyra
prima. Ne mihi polydamas & troiades labconem. Verg. vj. Aeneidos. Tu ne
cede malis: sed contra audentius ito.

✽ Differentia.

Curto ve disiungens: sed longo ve maledicens.

¶ Ve coniunctio enclitica breuiatur. Ouidi. de nuce. Non ventus fraudi sol
ve ecluue fuit. ¶ Sed ve interiectio execratis vel maledicetis pducitur. Persi. Ve.
satyra. v. Venis coniues oleum artocreasq; popello. Ve.

TE 166.

✽ In te IESV spes mea recumbit.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

♠ Petri Pontani Cæci Brugenſis In Artem Verſificatoriam Liber Quintus.

♠ De littera: l: in primis: medijs: & vltimis ſyllabis.

♠ l: ante: b: in primis.

l: ante: b:
in primis.



NTE B

corripis: l: primis: hîc fibula vibex

Hybernus: ſcribo: libethrus: tibia: libo:

Sybia: viburnum: ſcriblita: & ſibilus: ibis:

Vibius: & tybur: vel tribula: hybernica: mutant.

Vibius: & tybur: vel tribula: hybernica: mutant.

Fibula.
Vibex.

Hybernus
Scribo.

Libethr^o.

Tibia.

Libo

Sibia

Viburnum
Scriblita.
Sibilus.

¶ l: ante: b: in primis corripitur. vt tribulus | lybia | liburnū. &c. ¶ Excipiunt quindecim dictiones in textu. ¶ Fibula ſpinter: quo mulieres ſe ornāt. Vergilius. iij. æneid. Aurea purpuream ſubnectit fibula veſteꝝ. ¶ Vibex vibicis ſignum in cute poſt verbera relictum. Perſius ſaty. v. Si puteal multa cautus vibice flagellas. ¶ Hybernus hyberna hybernū. hyemalis & frigidus. Baſtiſta in bucco. Hęc pater hybernos nobis recitabat ad ignes. ¶ Scribo mitto vel litteras formo. Perſius ſaty. ij. Scribimus incluſi numeros ille hic pede liber. ¶ Hęc libethrus vel hęc libethra. mons & ſons boetie qui muſis conſecratur Ruſſus in arato. Et deuota virum tegeret libethra peremptum. ¶ Tibia muſicum inſtrumentum vel pars corporis. Statiuſ. viij. thebaid. Tibia cui teneros ſuetus producere manes. ¶ Libo libas. leniter prebeo vel ſacrifico. Perſius ſaty. ij. At bona pars procerum tacita libabit acerra. ¶ Sibia: virbis | fluuij | & poculi nomen. Calphurnus in bucco. Sibia quam voluit geſſet mea ſibia lympham. ¶ Viburnum paruum virgultum. Vergilius in bucco. Q̃tum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. ¶ Scriblita ſpecies libri quam ignari tartaz vocant. Martialis libro. iij. Circumſata diu menſis ſcriblita ſectū dis. ¶ Sibilus ſtatus. Verg. in bucco. Nam neqꝫ me tantum venientis ſibilus

austri. ¶ Ibis ibidis ciconia. Iuuenalis saty. xv. Pars hæc illa pauet saturaz fer Ibis.
 pentibus ibiz. ¶ Vibius vibia vibiu. i. duplicis vite sicut ancer anafq3 quia ta Vibius.
 in terra q̄ in aqua vitam habet. Statius. iij. syluaru. Vibia cur magnos equat
 animalia diuos. ¶ Tybur tyburis oppidu italie. Silius lib. viij. Hinc tybur ca Tybur.
 tulle tuum sacrisq3 dicatum. ¶ Tribulum tribuli vel tributa tribule: rusticus Tribulum.
 instrumentum ad radendam & conterendam frugem in area. Vergilius prio
 georgi. Tribulaq3 traheeq3 & iniquo pondere rastri. ¶ Sequundo excipitur
 nomen hybernia quod primam habet ancipitem. Est autem insula anglie vici
 na inter septentrionem & occidentez. Lucretius libro. xj. Frigida q̄ subitum
 nacta est hybernia solem. Baptista de alphonso. Est locus ex ipsis vocatur hy
 bernia rebus.

☞ Differentia,

Mobilē vel bacchus duc liber: cetera curta,

¶ Liber quadrifariam accipitur. ¶ Primo em̄ est non subiectus & nō obli- Liber
 gatus adiectiuum. ¶ Sequūdo est bacchus: deus vini vel ipsum vinum. & his Liber.
 duobus modis priorem producit. Persius saty. v. Liber ego vnde datum hoc
 sumis tot subdite rebus. Vergilius in bucco. Liber pampineas inuidit collib⁹
 vuas. ¶ Tertio est volumen litterarum. ¶ Quarto est cortex arboris & his Liber
 duobus modis priorem corripit. Horatius de arte poetica. Hic meret æra liber
 solijs hic & mare transit. Vergilius in bucco. Aret ager sicca mories liber aret
 in vltimo. ¶ Dic ergo puer. Optimus ille liber quo viuus crimine liber. Item
 Non crescit liber qui riget orbe liber.

☞ I: ante: c: in primis.

Curtat: i: c: vates: ficus: dica: icarus: icon:

I/ ante: c.

Vicus: picenum: lychen: ficedula: picus:

Mica: ico: nice: psyche: vel licia: picus:

Sicut: siciliquus: picūnus: spicula: fycos:

Picaq3: cum fica: trica: sicelia: spica:

Et que viginti: trigintaq3: dant remoramur.

¶ I/ ante: c/ in primis corripitur vt vicium] frico/ mico, &c. ¶ Excipiuntur

Petri Pon. Cæci Bru. In. Artem Ver.

Ficus	primo quinq; & viginti dictiones in textu. ¶ Ficus arbor/ fructus/ & mor-
Dica	bus. Martialis in epy. Cum dixi ficus rides quasi barbara verba. ¶ Dica obli-
Icarus	gatorius illud est in quo debita notantur. Catullus in epy. Glubis ad vsq; mi-
Icon	ser redimes quo pessime dicam. ¶ Icarus: dedali filius. & pro quouis teme-
Vicus.	rario accipitur. Nota est fabula. Ouidius primo tristium. Icarus icarius noie
Picenum	fecit aquas. ¶ Icon iconis figura ad alterius similitudinem formata. Manili ⁹
Lychen	libro. iiii. Non bene colloquijs istis tuus adsonat icon. ¶ Vicus pagus vel via
Ficedula.	rum transitus. Baptista in bucco. Tempestiua dedit toti spectacula vico. ¶ Pi-
Picus	centum regio italie. Lucilius libro. vii. ¶ Piceno diues locuplete teneris.
Mica	¶ Lychen morbus qui a mento incipiens totum corpus inficit quare & me-
Ico	tagra dicitur. Ausonius in epygram. Iam tua tabificus serpit per viscera ly-
Nice.	chen. ¶ Ficedula auis nomen de quo supra. Martialis in epy. Mergere ficedu-
Niciteriū.	las didicit nebulone parente. ¶ Picus volucris grandissima grisoni parum dis-
Psyche	similis. Ouidius. xiiij. methamorphoseos. Picus in ausonijs proles saturnia
Licum	terris. ¶ Mica est cuiuslibet rei minutum fragmentum. Martialis libro. ij.
Phycus.	Mica vocor q̄ sim seruis conatio parua. ¶ Ico icis percussio. Catullus ad gel-
Sicut.	lium. Inestum telis icere musca caput. ¶ Nice nices victoria quod in cōposi-
Siciliquus	tione frequentissime reperitur vt nicolaus. i. victor populi nicopolis victorio
Picūnus.	sa ciuitas. ¶ Niciterium victorie p̄nium. &c. Iuuenalis satyra. iij. Et coros-
Spiculum.	matico fert niciteria collo. ¶ Psyche psyches animam & amicam significat.
Sycos.	Lucilius quinto. Hanc ego non psychen toti pponere mū do. ¶ Licium ex-
Pica.	trema pars tele vel panni. Lucanus libro. x. Vt mos est pharijs miscendi lica
Sica	telis. ¶ Phycus phycūtis. oppidum & promonthorium in pontho. Lucanus
Trica.	libro. ix. Impulit ac seuas meritum phycūta rapinas. ¶ Sicut sicuti aduerbiū
Sicilia.	fatis notum & quicquid similis est compositionis vt sicuti/ sicuti/ sicūde. Pru-
Spicus.	dentius de anima. Sicut em̄ locuples ita pauper ad athera scandit. ¶ Sicilli-
	quus mensura sex scrupula continens. Philolophus saty. xx. Siciliquos tantu;
	binos ex asse reducant. ¶ Picunus herbe nomen. Columella libro quinto.
	Multus odorifere coeat picūnus orisse. ¶ Spiculum haste genus. Baptista cō-
	tra impudice scribentes. In mores acurunt spicula multa pios. ¶ Sycos vel sy-
	ca latine ficus dicitur. Martia. li. v. Quadraginta secat qui dicit syca merice.
	¶ Pica auis satis nota. Martialis in epi. Pica loquax certa dominum te vo-
	ce saluto. ¶ Sica breuior gladius a secando sic dictus quem grassatores bacu-
	lo includere solent. Martialis libro. iij. Quodq; tibi tribuit subula sica rapit.
	¶ Trica trice vel trice trices oppidum crete & alterum appulie. sumiturq; pro
	quouis re vili & nullius momenti. Seneca in hecuba. Parua cortyne steria
	liq; trice(Saphicum est) Martialis in epy. Sunt apine triceq; & siquid vilius
	istis. ¶ Sicilia regio. Cornelius de vita alexandri. Hæc crementa tulit magnis
	Sicilia campis. Siculus tamen corripitur. Vergilius primo æneidos. Vix/ e/ cō
	spectu sicule telluris in altum. ¶ Spicus spica spicum. tria sunt substantia
	eiusde; significantie & optitatis aristam enim significant. Manilius libro. iiii.
	¶ densus nostror fruticatur spicus in aruo. Baptista in buccolicis. Et iam tri-
	ticeas cogebar in orrea spicas. Cicero in arato. Spicum illustre ferens insigni
	corpore virgo. ¶ Sequendo excipiuntur deriuata a viginti & triginta vt vice

simus/vicenus/vicles/tricesimus/tricenus/tricies.&c.Papinius in syluis. For
tibus his dextris vicesima turba dabatur.

Documentum.

Ticinum varia:cui rite sicania iungam.

¶ Due dictiones in textu primam habent communem. ¶ Ticinus fluij no
men a quo oppidum illud dictum est ticinum quod nunc papiam vocant. Si
lius libro primo. Dum romana tue ticine cadauera ripe. Sidonius in.ii.j.paneg
gyrico. Vicina iam claros querunt post damna ticini. ¶ Sicania regio quaz
nunc siceliā nunc trinacriā & sepe triquetram appellant. Ouidius.xiiij.me
thamorphoseos. Sicania tribus hac excurrit in equora linguis. Lucretius li
bro.xv. Pandit frugiferos variata sicania portus.

Ticinus.

Sicania.

Differentia.

Produco terne:sed corripio dico prime.

¶ Dico dicis tertie cōiugationis priorem producit. Vergilius in buccolicis.
Alterius dicetis amant alterna camene. ¶ Sed dico dicas inflectionis prime
est confirmo/copulo/sacro/& eandē corripit. Vergilius. j. aenei. Connubio iū
gam stabili propriamq3 dicabo. ¶ Dic ergo puer. Laruis corda dico quoties
periuria dico.

Dico

Dico

I:ante:d:in primis.

I:d:moror:sed vi:didius:didyme:cidicini:

I/ante/d.

Et didymus:cnidos:atq3 fides:ideo:vel hydaspes

Ac idioma:quidem:rhidium:mida:idoneus:inde

Sic hydor:aut idiota:& idume:nos breuiamus.

¶ I/ante/d/in primis producit vt idus/pridem/fidus.&c. ¶ Excipiuntur
primo omnia quae habent vi ante/d/vt video/viduus/videor.&c. ¶ Sequēdo
excipiuntur sedecem dictiones in textu. ¶ Didius caesar Romanus impe

Didius.

n ij

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

- Didyme.** rator. Philsephus in saty. Quæ tantum nostre didym bona secula genti. ¶ **Didyme** didymes vna ex æolijs insula prope feciliam. Ouidius septimo Methamorphoseos. At non olearos didymeq3 & thenos & andros. ¶ **Cidicini** populi campanie. Silius libro quinto. Nec cidicina cohors desit viridatius armat.
- Didymus.** ¶ **Didymus** est geminus quo nomine apud gentiles apollo. Apud nos vero Thomas Apostolus dictus est. De priore. Martialis libro tertio. Plus habuit didymus plus philomelus habet. De posteriore. Sedulius libro quinto. Cui didymus cognomen erat mysteria sancte. ¶ Hæc cnidos vel hæc cnidus cnidi oppidum phrigie. Lucanus libro octauo. Aura fluēs cnidon inde fugit claramq3 relinquit. ¶ **Fides** fidei est dictorum conuentorumq3 constantia & veritas. Vergilius in primo Aeneidos. Cana fides & vestra remō cū3 fratre qui rinus. Sed fides fidis tertie declinatiōis est corda cythare vel ipsa cythara. Baptista. j. parth. catha. Versus in ethiōpe fidibus spoliatus & arcu. ¶ **Ideo** coniunctio satis nota. Ouidius de Tristibus. Non ideo nostris sunt inimica viris.
- Hydaspes.** ¶ **Hydaspes** fluius indie lucanus lib. sexto. Quæ rapidus ganges & quamvis hydaspes. ¶ **Idioma** idiomatis sermo siue loquutio. Sedulius de Ascensione. Vocibus mītris idioma cepit (Saphicum est). ¶ **Quidem** coniunctio satis nota. Sedulius libro tertio. Iusta quidem merces nostro est promissa labori. ¶ **Rhidium** genus vasis quod angusto fundo amplū habet orificium. Martialis libro sequundo. In rhidio poteras phœbe lauare pedes. ¶ **Mydas** vel myda huius myde rex fuit phrygie & pro quouis turpiter auaro sumitur. Papius in syluis libro sequundo. Viue myde gazis & lydo ditior auro. ¶ **Idoneus** conueniens & aptus. Horatius in Episto. Hæc ego procurare & idoneus imperor & non. ¶ **Hydor** aqua latine dicitur & in compositione frequentissimum est: sicut hydropicus hydia hydroporus &c. Seneca in tragedijs. Non hydor nostros fugiat per hortos (Saphicū est). ¶ **Idiota** illiteratus & nihil aut parum sciens. Baptista in Epygramatis. Hec te qui docuit non idiota fuit. Idume idumes pars regionis iudaice. Lucanus libro tertio. Gasaq3 & arbusq3 palmarum diues idume.

Documentum.

Fidena & cydon vates mutare sinuntur.

Fidena.

Cydon.

¶ **Due** dictiones in textu primam syllabam habent communem. ¶ **Fidena** oppidum italie. Vergilius in sexto Aeneidos. Hic tibi nomen tū & gabios vrbemq3 fidena3. Iuuenalis saty. vj. Viuat fidenis. & agello cedo paterno. ¶ **Cydon** oppidum crete & alterum phœnicie populū3 istorum incola. Vergilius in decimo Aeneidos. Dumq3 sequens clytium infelix noua gaudia cydon. Silius libro sequundo. Gesa3 latratuq3 cydon tectumq3 fociq3 quod in deriuatis quoq3 sicut cydonius cydonia cydonium & cydonis cydonidis obseruandum est. Nam vergilius lib. quarto Aeneidos ait. Cydoniam picto clamidē circumdata lymbo. Martialis vero scribit in distichis. Sit tibi ceropio saturata cydonia melle.

♠ Differentia.

Hoc breuiatur idem: sed mas producitur idem

¶ Idem generis masculini priorem producit. Prudentius libro. iij. Forti vi
ue animo quoniam deus omnibus idem est. ¶ Sed idem generis neutrius eā
dem corripit. Baptista. j. partheni maria. Semper idem sentire omnes & ama
q̃titate a cunus diminutiuz eſt. Martialis in xenijs. Gaudet in effoſſis habi-
tare cuniculus antris. ¶ Cuticula modica cutis. Perſius ſatyra quinta. Sem Cuticula.
per & aſſiduo curata cuticula ſole. ¶ Tegeticula parua teges ſive caſa. Martia Tegeticula
lis libro nono. Dat tibi ſecuros vilis tegeticula ſopnos.

Documentum.

E: longis deducta notes cornicula monſtrat.

¶ Multe dictiones producant/i/ ante/c/ in medijs que in textu contente non
ſunt quia ex longis deriuantur. primitiuorum autem & deriuatiuorum eade
p j.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

est regula vt felcito radicitus cornicula nutricula sequū dā longant quia felix radix cornix nutrix eandem producunt vt in clementis videre est.

Documentum.

Corycus: & vaticanus: variato numicus.

Corycus

¶ Tres dictiones in textu sequūdam syllabam habent communem. ¶ Corycus mons & oppidum sicilie. Lucretius libro. iij. Corycus explicitis conatibus obstat. Priscianus in perihesei. Hic corycus erat subiectis strēnu⁹ armis.

Vaticanus

¶ Vaticanus vaticana vaticanum. cognomen montis Romani. Horatius primo car. ode. xx. Redderet laudes tibi vaticani montis imago (Saphis cum est cum adonico) vbi vati trocheus necessario esse debet. Martialis libro primo. In vaticanis condita musta cadis.

Numicus.

¶ Numicus vel numicius per quatuor syllabas fluuius italie. Ouidius. iij. methamorphoseos. In freta fluminis vicina numicius vndis. Horatius. xix. epistola. Brundisium numici melior via ducat anappi.

Differentia.

Græcum corripies: latium longabis amicus.

Amycus.

¶ Amycus græca dictio est incurius & mediam corripit quo nomine dictus est vnus comitum æneæ. Vergilius primo æneidos. Nunc amyci casus gemit & crudelia secum.

Amicus.

¶ Sed amicus nomen latinum est qui amat vel amatur. Ouidius in heroidibus. Rebus in aduersis fidi noscuntur amici. ¶ Dic ergo puer. Aeneas amycum quasi dulcem luxit amicum.

I: ante: d: in medijs.

I: ant/ d.

Ante: d: corripis: i: medijs: tamen: ido: latinum

Atq: ides quod ab eis venit. his elegidium: abydos:

Neside: atq: chelidonia: alcides: alybida:

Belides: & dauides: fastidio iungam

Sicq: lycurgides: & acidalus: atq: posides.

Et composita die produc: pifide variabis.

¶ Ante d in medijs corripitur vt presidium/subidiu/recidiuus. &c. ¶ Excipiuntur primo nomina latina tertie declinationis que in ido exeunt vt cupido/formido/libido. &c. Dico autē latina quia graca corripuntur vt myrindo/pelido/celido. &c. que habent onis in genitiuo. ¶ Sequū do excipiuntur patronomica masculina in ides que a nominibus in eus diphthongum terminatis deriuantur vt thesides a thesus. Coronides a corongus. Promethides a promethus. &c. Dico autem a nominibus in eus quia ab alijs patronomica corripuntur vt petrides a petrus. simonides a simon. Hirtacides ab hirtac. &c. Demenda in textu continentur. ¶ Tertio excipiuntur duodecim dictiōes in textu. ¶ Elegidium parua elegia. i. carmen de miserijs vel ipsa miseria. Per sius satyra prima. Ebria veratro non si qua elegidia crudi. ¶ Abydos abydi. insule nomen. Vergilius primo georgicorū. Pontus & ostriferi fauces tentantur abydi. ¶ Neside populi indye. Priscianus in perihesei. Hinc nesidarum latissima rura coluntur. ¶ Chelidonia herbe/auis/gemine/& regionis nomen. Columella libro. xj. Sape chelidoniā cum succo lapathis addes. ¶ Alcides hercules alcei nepos robustus interpretatur. Baptista primo parthe. ma. Monstra quot alcides domuit quo remige cretam. ¶ Alybida priapus hortorum deus. Vergilius in coppa. Huc alybida veni fessus iam ludat aellus. ¶ Belides filius vel nepos beli qui fuit rex gracorum. Vergilius. ij. aeneidos. Belidenomen palamedis & inclyta fama. ¶ Dauides dauide inflexionis prime & dauid dauidis tertie pro eodem rege iudeorum sumuntur. Vtrunq3 autem hābreum est & manu fortis vultuq3 amabilis latine explicatur. Fortunatus. De magno manus dauides scripta reliquit. ¶ Fastidio fastidis est per indignationem despicio & contempno. Vergilius iu buccolicis. Inuenies alium si te fastidit alexis. ¶ Lycurgides: filius lycurgi regis thebarum. Ouidius in ibin. Vtq3 lycurgiden iactauit ab equore natum. ¶ Acidalus fons in orchomeno qui veneri consecratus est. Vnde & ipsa acidalia dicta est. Martialis libro nono Nomen acidalia meruit quod arundine pingi. ¶ Posides poside spado siue castratus. Iuuenalis satyra. xiiij. Vt spado vincebat capitolia nostra posides. ¶ Quarto excipiuntur composita siue nomina siue aduerbia a nomine dies vt meridies/pridie/postridie/pridianus/postridianus. &c. Sed pifide pifidarum nomen populi mediam sicut primam variat. Claudianus in. ij. libro contra eutropium. Finibus obliquis lydi posidag3 feroces, Priscianus in perihesei. Posthos pifidum pinguiissima rura coluntur.

Elegidiuz.
Abydos

Neside
chelidonia
Alcides.

Alybida
Belides.

Dauides.

Fastidio.

lycurgides
Acidalus.

Posides.

Pifide.

♣ Differentia.

Fidus duco: fides breuius: sic perfidus apta.

¶ Perfidus perfida perfidum compositum a noie fidus fida fidum est valde Perfidus,
p ij.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

Perfidus. **¶** fidelis & mediam longat. Ouidi. in fast. Dulcia perfidus gaudia partit amor.
¶ Sed perfidus perfida perfidum compositum a nomine fides fidei est multū infidelis & qui nullā fidem seruat mediāq; corripit. Verg. in Bucco. Has olim ex uiuas mihi perfidus ille reliquit. **¶** Dic ergo puer. Fōdera perfidus statuit quā perfidus aufert.

♣ Differentia.

Decado corripiam: de cedo occido morabor.

Occido. **¶** Occido/occidi/occisum/ est interficio & mediam producit quia a cedo cedis cuius prior longa est componitur. Horati. in episto. Non hominem occidi non pasces in cruce coruos. **¶** Sed occido occidi occisum est deficio & morior mediamq; corripit quia a cado/cadis cuius prior brevis est cōponitur. Verg. ij. aneid. Occidit imperium priami ruit iliū & ingens. **¶** Dic ergo puer. Occidit quicumq; hominem: lege occidit equa.

♣ Differentia.

Aetolis breuians calidon: longabo britannis.

Calidon. **¶** Calidon calidonis oppidum etolorum sequundā breuiat & quicquid inde descendit. Verg. in coppa. Quod genus aut laphithis tantum aut calidone merente. **¶** Sed calidon insula & sylua britannie eandem longat & quicquid inde deriuatur. Lucre. lib. v. Iā tenet hūc ter quinq; dies vmbrosa calidon. **¶** Dic ergo puer. Quā loquitur calidon nequit acceptare calidon.

♣ I/ante/f/in medijs.

I. ante. f. I/super/f/breuiat: sed simplice vix reperitur.

¶ I/ante/f/in medijs corripitur: sed vix aliter q̄ in compositiōe reperies vt semifacies enifus semifector

♣ Documentum.

Alife cum deductis producere debes.

Alife. **¶** Alife alifes oppidum est campanie in italia & mediam producit. Sili. libro. viij. Alife & clanio contempte semper acerre. Hinc est alifanus/alifana/alifanum. Horati. satyra. vlti. Inuertunt alifanis viuaria tota.

¶ I: ante: g: in medijs.

I: g: breue est medijs nomen quod terminat: igo:

I/ ante/ g.

Castigo: auriga: diapiganō: atq; quadriga:

Vectigal: fastigia: origanon atq; fatigo:

Vestigo: cum salpiga: læstrygones educ

Adde expiga: stigo: fligo: frigero: figo.

¶ I/ ante/ g/ in medijs corripitur vt prodigus corrigia litigo. &c. ¶ Excipiuntur primo nomina tertie declinationis que in igo terminantur vt rubigo/ filigo/ origo. &c. ¶ Sequēdo excipiuntur vndeceim dictiones in textu. ¶ Castigo castigas corripio & corrogo. Iuuenalis saty. ij. Turpibus obscenis castigas turpia cum his. ¶ Auriga aurige equorum & curruum director. Ouidius. ij. methamorphoseos. Hic situs est phæton currus auriga paterni. ¶ Diapiganon medicamentum ex ruta confectum. Macer de virtutibus herbarum. Conficitur medicamentum ex ruta confectum. Macer de virtutibus herbarum. Conficitur medicamentum ex ruta confectum. ¶ Quadriga quadrigæ currus quattuor habens rotas sed pluratiuo rectius profertur quadrigæ quadrigarum. Papinius in syluis. Impiger automedon rapidis dat lora quadrigis. ¶ Vectigal vectigalis: pecunia que pro rerum vectura soluitur. Horatius primo sermonum. Iurgatur verbis ego vectigalia magna. ¶ Fastigium rei summitas. Vergilius. ij. aneid. Euado ad summi fastigia culminis inde. ¶ Origanum genus herbarum. Columella libro. vi. Sepius & recte miscetur origanon illis. ¶ Fatigo fatigas lasso lassas. Vergilius. iij. aneid. Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. ¶ Vestigo vestigas. inquiri inquiris. quasi more canum qui vestigia ferarum odoratu prosequuntur. Baptista in epy. Quod superi occultant nil vestigare necesse est. ¶ Salpiga nomen virosi serpentis in lybia. Lucanus libro nono. Quis calcare tuas metuat salpiga latebras. ¶ Læstrygones: populi in italia maxime feroces. Tibullus libro. iij. Incultos adiit læstrygonas antiphaternq; ¶ Tertio excipiuntur composita a quinque dictionibus in textu. vt a piga/ depigis. propigium/ vropigium. &c. A fligo. profligo/ confligo/ infligo/ &c. A frigero/ refrigero/ confrigero/ defrigero. &c. A figo. infligo/ configo/ refigo. &c.

Castigo.
Auriga

Diapiganō

Quadriga.

Vectigal.

Fastigium

Origanū

Fatigo.

Vestigo.

Salpiga.

Læstrigo =
nes.

¶ Differentia.

Tu nomen longa: sed verbum porrigo curta.

¶ Porrigo porrigonis. nomen tertie declinationis genus est scabiosi morbi. Porrigo.
p iij

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

Porrigo.

& sequendam syllabam producit. Iuuenalis saty. ij. Vnius scabie cadit & porrigine porci. ¶ Sed porrigo porrigis verbum actiuum est prebeo prebes. Proptius. In ripa trepidat nec habet qui porrigat assem ¶ Dic ergo puer. Ne me porrigo male ledat: porri go nūmos.

☞ Differentia.

Induo corripiam: tenebror caligo morabor.

Caligo
Caligo.

¶ Caligo caligas verbum actiuum est caligas induo mediamq3 corripit. Tibullus. Contracta scabie te caligare nequis. ¶ Sed caligo caligas verbum neutrum significationis passiuæ est obscuror & obtenebreſco. Baptista. ij. partheni. ma. Ignibus extinctis iam caligauerat antrum. ¶ Dic ergo puer. Vix bene se caligat quis dum caligat in vmbra.

☞ I: ante: l: in medijs.

I: ante: l:

I: super: l: breuiā: sed achilus: asilus: asylum:

Et pamphilia: cobyllum: crocodilus: asyli:

Sic conchilium: agyleus: creopyle: phasilis:

Vespertilio: condyloma: occilo: trochilos:

Et foenilia: siue petila: venilia: produc

Ile: q3 quod neutrum est: vel quod nomen parit ilis:

Atilis hinc humilis: parilis vel dapilis aufer.

Achilus

Asilus.

Asylum.

¶ I: ante: l: in medijs corripitur vt inquilinus/pestilens consilium. &c. ¶ En capiuntur primo decem & octo dictiones in textu. ¶ Achilus homo loquax sine labijs interpretatur. Claudianus ad eupolinū. Cui precor archanū credist achilus erit. ¶ Asilus paruū volatile effiuo tempore pecoribus maxime in festum quod & tabanus vel asstrus vel asstrum dicitur. Vergilius. ij. georgicorum. Plurimus alburnū volitans cui nomen asilo. ¶ Asylum locus est ut fugij. vnde neminē liceat extrahi vt sunt templa conobia & quedam priuilegiata loca. Bapt. lib. j. partheni. mari. Ipla est aduersis commune in rebus asy-

sum. ¶ Pamphilia oppidū maxime populosum in grācia. Papinius in syluis. Pamphila.
 Hunc quoq3 perq3 nouem tenuit pamphilia messes. ¶ Cobylum insula thes Cobylum.
 salie. Valerius flaccus libro. iij. Cobyli latus & fatis tibi tiphy negatum.
 ¶ Crocodilus animal quod supra vmbilicū3 speciem habet formose virginis Crocodil⁹.
 Infra vero horrendi drachonis vbi ergo esurit partem deformem occultat &
 amarissime plorans viatores ad se aduocat; aduocatosq3 deuorat. Iuuenalis
 saty. ra. xv. Aegyptus: portenta colat crocodilon adoret. ¶ Asyli populi in ly Asyli.
 bia. Silius libro. viij. Nomen & a sese populos tum dixit alylos. ¶ Conchiliū Conchiliū
 genus piscis cuius sanguine purpura optima tingitur & pro ipsa purpura aut
 veste purpurea nonnūq3 accipitur. Iuuenalis saty. iij. Horum ego non fugia3
 conchilia me prior ille. ¶ Agyleus phœbus lucanus libro. v. Istud agyleus Agyleus
 nostrum reuocauit in eū. ¶ Creopylus populi & vrbis nomen in asia. Ouis Creopylus
 dius de tristibus. Non sibi delicias tot creopylus habet. ¶ Phasilis: oppidum Phasilis.
 thessalie. Lucanus libro. viij. A usus adhuc vilis & primum parua phasilis.
 ¶ Vespertilio volatile quod circa vesperum volitat. Ouidius in fastis. Sub Vespertilio
 noctem obscurus tunc vespertilio stridet. ¶ Condyloma condylomatis vel cō Condyloma
 dyplomatos morbus quidam in inguine ex humore corrupto generatus. Ma cer. de virtu. herba. Vstum curat eas & condylomata soluit. ¶ Occilo occi Occilo
 las & incilo incilas est increpo & vitupero. Lucanus libro. v. Criminibus fale
 sis ita nos occilat inique. ¶ Trochilos nomen avis latine regulus siue rex aul Trochilos.
 um dicitur. Propertius. Has repetit voces turba modulante trochilos.
 ¶ Fornilia: oppidum aphrice. Lucanus libro nono. Martia belligeras secuit Fornilia.
 fornilia turmas. ¶ Petilia vrbis nomen in italia. Silius libro. xij. Fumabat Petilia
 versis incensa petilia testis. ¶ Venilia mater turni auxiliatrix latine explica Venilia.
 tur. Vergilius. x. aneidos. Cui pilumnus auus cui diua venilia mater.
 ¶ Sequundo excipiuntur nomina neutra tantum quæ in ile terminantur vt cubile/monile/sedile. &c. ¶ Tercio excipiuntur nomina adiectiua in ilis finis ra. quæ a nominibus descendunt. vt sentilis a senex. virilis a vir. exilis ab iel files. i. materia. Dico autem quæ a nominibus descendunt. quia adiectiua in ti lis/silis/vel xilis. quæ a verbis vel participijs deriuantur mediam corripunt. vt solutilis/sessilis/messilis/flexilis/nexilis. &c. ¶ Hinc rursus demuntur no mina in atilis vt volatilis/flauiatilis/aquatilis. &c. Et tres dictiones in textu
 ¶ Humilis & hoc humile dulcis & mansuetus. Baptista de morte contem Humilis.
 pnenda. Vult humiles animos vult pia corda deus. ¶ Parilis & hoc parile: Parilis
 est similis vel equalis. Lucretius libro primo. Diuidere & noctes pariles agi tare diebus. ¶ Dapilis & hoc dapile qui abunde & liberaliter donat. Proper Dapilis.
 tius. Dijs obijt letis dapilis vlsq3 fuit.

Documentum.

Anceps ponitur allophilus galileus abyta.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

- Allophil⁹.** ¶ Tres dictiones in textu mediam habent communē. ¶ **Allophilus** græca dictio latine alienus populus dicitur. Sedulius de apostolis. Allophilorū stupuit caterua (Saphicum est) Baptista libro. i. parth. Mari. Allophilos malāq; manu vibrabat onagri. ¶ **Galileus** hebreæ dictio latine transiens vel transmi grans dicitur; nam galilæa transmigratio interpretatur. Corneli. de vita Alexandri. Prima galileas funderunt prælia gentes. Lucili. lib. ix. Nominis hoc superest galileo venit ab orbe. ¶ **A byla** mons Hispaniæ. Silius libro vltimo. Non abylo summum conscendit miles acumen, Tibullus Hos tales risus vocis abylo mouet.

☞ Differentia.

Ex græco produc: verum ex latio pilo curta.

- Pilo.** ¶ Pilo pilas græcum est plano & equo priorem longat quare ab eo composita mediam producunt. sicut depilo/expilo/compilo &c. Horatius saty. i. Com pilasse putes verbum non amplius addam. ¶ **Pilo.** Sed/pilo/pilas/ latinus est pilos agito prioremq; breuiat quare ab eo composita mediam corripiunt sicut depilo/expilo/compilo. Tibul. Hæc est quæ miserū depilat omne genus. ¶ Dic ergo puer. Hunc male depilo cui totam depilo frontem.

☞ Differentia.

Gallorum breuiō: lybies massylia du co.

- Massylia.** ¶ Massylia oppidum Narbonensis galliæ mediam corripit. Luca. li. iij. Massylie phario: nec tantum est equore gestum. ¶ **Massilia.** Sed massilia regio lybiæ eandem producit. Idem. Ibidem. Et gens quod nudo residens massilia dorio. ¶ Dic ergo puer. Massyliam longo refugit massilia tractu.

☞ Differentia.

Vates corripias vxor longes eriphyle.

- Heriphyle.** ¶ Heriphyle heriphiles sybilla tertiam breuiat. Propertius heriphyle nostras tantum spargebat in vrbes. ¶ **Eriphyle.** Sed eriphyle vxor amphiarai eandem longat. Iuuenalis satyra. tertia. Occurrent multe tibi belides atq; eriphyle. ¶ Dic ergo puer. Sicut in primis dixisti. Præuidet heriphyle quæ tentat trux eriphyle

☞ I/ante/m/in medijs.

I. ante. m. I/super/m/breuiat: longis deducta: quadrimus.

Discrimen detrimentum vel ephimerisistis.

Iungis ariminum/amimone/vel opimus/arima.

Enthimema/epithima/& quę timus tibi donat.

Imen/& imentum/quod quarta parit remoramur.

¶ I/ante/m/in medijs corripitur vt patrimus/matrimus/specimen &c. ¶ Ex
cipiuntur primo deriuata ex longis vt elimino/eliminās (ab hoc limen) subli
mis/ilimis/sublimo (ab hic linus) apprime (ab hic primus) discrimino/discr
minas (ab hoc crimen) &c. ¶ Sequendo excipiuntur decē dictiones in textu

¶ Quadrimus/quadrima quadrimuz quattuor annorum. Prudentius de fu
ga cristi. Sic tenero cum coniugio pueroq3 quadrino. ¶ Discrimen differen
tia vel aduerſitas. Vergilius primo Aeneidos. Per. varios casus per tot di
scrimina rerum. Tendimus in latiū. ¶ Detrimentū iactura siue dampnum. Se
duli. de magia. Detrimēta nocent age iam meliora sequamur. ¶ Ephimeris

ephimeridis vel ephimeridos liber continens acta singulorum. Proptertus li
bro tertio. Et ponit duras inter ephimeridas. ¶ Ariminum oppidum italie.
Lucanus libro primo. Vicinūq3 minax inuadit ariminū & ingens. ¶ Ami
mone amimones nomen fontis in passagonia. Proptertus libro sequendo. Te
stis amimone latices cum ferret in arua. ¶ Opimus / opima/ opinum diues

& abundans in hoc ecclesiastico. Cūctipotens. Sedulius purgator culpe venie
largitor opime vbi vulgus alinorum cantat optime. Duarum syllabarum q̄ti
tate corrupta. ¶ Arima vel arimathia pagus iudee Iuēcus venit arimathia
corpūq3 petiuit Ioseph. ¶ Enthimema/enthimematis vel enthimematos ar
gumentationis species quam latini inductionem vocant. Iuena. Satyra. vj.
Torqueat enthimema nec historias sciat oēs. ¶ Epithima epithimatis vel cu
iussibet rei superpositio sicut est amplastrum vel quodcumq3 operculum. Lu
ci. lib. sequendo. Auribus intentis aſtes epithimata iungam. ¶ Excipiuntur

tertio composita ex dictione gręca timus vel time. id est honor vt theotimus
polytimus ferotimus &c. ¶ Quarto excipiuntur verbalia in imen vel imen
tum a verbis quarte coniugationis vt lenimen/lenimentum a lenio/lenis/
farcimen/farcimentuz a farcio/farcis/pauimen/pauimentum/a pauio/pauis
id est plano & munio. Dico autem a verbis quarte: quia a verbis aliarum con
iugationum mediam corripunt: vt tegimen: vel tegimētum: a tego/tegis/re
gimen/ vel regimentū: a rego: regis. Cauimen/vel cauimentū: a cauo: cauis.

¶ Arima. Enthime
ma. Epithima.

¶ I/ante/n/in medijs.

I/super/n/curta: tricline: caminus: aginor.

I. ante. n.

Destinatus: acynacis: atq; couinus: echinus.

Quod colo: mors donat festino/catinus opinor.

Pastinaca/propino/supino/sagino/cyminum.

Tintinabula/telchines/ouino/popino.

Cumq; salino/puluinus/mons/piscis: & herba.

Adiectiua in vs nisi tempus materiam ve.

Significent: velut: ina: vel: inæ: ducere debes.

Hinc asinæ: catinæ: vel femina buccina demas

Fellina: machina: fiscina: pagina: fuscina: dictis.

Lamina: mnemosynes: apine: vel gausapinarum.

Sic elemosyna: euphrosine vel sarcine: ponam.

Ruspina: cum mutina: proserpina: sarfyna: ponam.

Cum statina: sibina: quatina: trutina: patinaq;.

Nundine & hinc xerampeline: & quod de mare prodit.

Tricine. ¶ Ante n in medijs corripitur: Vt cophinus geminus inquino. &c. ¶ Excipiuntur. Primo tres & viginti dictiones in textu. ¶ Tricline triclines/vel triclinium/triclinij est conuiuium in quo lectis discumbitur more vetusto. Manilius libro quinto. Nunc iam luxurie pars & triclinia templis. ¶ Caminus fornax. Bapt. libro primo parthe maria. Et quedam scythicis calibum durata canimis. ¶ Aginor aginaris res paruas & viles emō vt eas alijs vedam. Ausonius in epygrammatis. Num quod aginaris tā vana mente superbis. ¶ Destinatus destinata destinatum multo priusq; fiat ordinatus. Iuuenalis satyra quarta. Et domini gladijs iam destinata q; olim: quia tamen a destino/destinas venit quod mediam habet correptam in alio q; heroico vel elego versu nō

hil verearis mediam corripere: quod & litterati viri persepe fecerunt. Horatius Namq3 ait. ij. car. Rapacis orchi sue destinata (iambicum est) tina/iambus ē vel si mauis/desti/ē trocheus. ¶ Acynacis perficus gladius qui apud nos cul- Acynacis.
tellus calamarius recte dicitur. Valerius Flaccus lib. vj. Insignis manicis infi- Couinus.
gnis acynace dextra. ¶ Couinus currus in quo germani solebant præliari. Cornelius de vita. Alexan. ¶ Auriga properat multum increpitate couinus. Echinus.
¶ Echinus genus piscis terrestre animal quod hircinū stulti vocāt & tegmē Echinus.
castaneorum. Martialis in xenijs Cortice deposito mollis echinus erit. Exqui Exquilius.
linus exquilius/exquiliun: qui extra urbem vel collegium manet: sicut in-
quilius:inquilina inquilunū qui intus habitat. Seneca de hymnis. Inqui-
linorum monuit cateruam. Sumere plectrum (Saphicum est cum adonio.) morticinū
¶ Morticinum res mortificata. Horatius in odis. Morticinorū cum uisauit
agmen strage peracta (Rursus est saphicū cū adonio) ubi morticinorum syn-
copate pro morticinorū effertur. ¶ Hic itaq3 primitiua colo & mors p dedu-
ctis cogente versu posui. ¶ Festinus festina festinum est velox sicut festino/
festinas/propero properas. Vergilius sequundo æneidos. Festinate viri nam q
tam sera moratur. ¶ Hic catinus: vel hoc catinum est vas in quo ignis conti-
netur ad calorem ciborum retinendum. Persius satyra. quarta. Cor tibi rite sa-
lit positum est algente catino. ¶ Opimor opinaris mentem inter assensum &
dissensum suspendo. Lucretius libro. iij. Sedibus infernis lemurum processit
opinor. ¶ Pastinaca genus piscis & radice. Macer. de Virtu. Herba. Et pasti-
nace. virtus in semine tantum. ¶ Propino/ppinas potū fundo/vel ad potādā
incito. Propertius. Vocibus alternis ludunt & vina coronant. ¶ Supino lupi-
nas eleuo & nares mungo. Ausonius in epy. Formosam emunda facie nasuq3
supina. ¶ Sagino/saginas pinguefacio. Lucilius libro quinto. Pulste saginabo
vires quibus illa negavit. ¶ Cyminum granum est q. cum vino candido sum-
ptum mortiferam inducit febrem. Persius satyra. quinta. Rugosum piper &
pallentis grana cymini. ¶ Tintinabulum illud est ferrum quod campanam
pulsat: sed pro ipsa campana frequēter sumitur sicut pars pro toto. Baptista. in
Fastis. Acrias complent iam tintinabula turres. ¶ Telchines populi germa-
nie. Valerius Flaccus libro quinto. Telchines rapido currunt in prelia mo-
tu. ¶ Omnino aduerbium satis notum. Baptista in epygrammati. Viri-
bus omnino fractis mihi membra labascunt. ¶ Popino/popinas est ap-
petitum totum coquine trado: sicut gulosi faciunt. Nam popina est pinguis
& lauta coquina. Cornelius de vita Alexandri. Luxibus assiduus seles vino-
q3 popinant. ¶ Salinum vasculum salis. Persius satyra sexta. Vare regu-
statum digitos pertingere salinum. ¶ Hic puluinus/vel hoc puluinar illud
est quod sedibus/vel aprotorum/vel voluptuolorum superponitur. vt mol-
lius sedant. Tibullius Mollibus in stratis & puluinaribus altis. &c.
¶ Sequendo. Excipiuntur nomina montium: piscium: & herbarum quæ
ad hanc regulā pertinent: vt volscini. leonchini/collatini. Coracinus echinis:
stiphalinus &c. ¶ Tercio Excipiuntur adiectiua in inus/ina/ inum/ vt me-
diastinus clandestinus/venustinus. &c. ¶ Hinc tamen demutur illa quæ tem-
pus vel rei materiam denotant: quia mediam corripunt vt crastinus diutinus.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

- serotinus/horotinus. &c. Adamantinus/faginus/oleaginus/fraxinus. &c.
 ¶ Sed vespertinus & matutinus mediam longant. Quarto excipiuntur nomina forminina quæ in ina vel ine. exeunt vt rapina/coquina/fagina. &c. nerine/adrasine heroine. &c. ¶ Hinc rursus demuntur septe & viginti dictiões in textu. ¶ Afine asines vel asina asinæ. oppidum in oriente. Lucanus libro. viij. Quas asinæ cautes & qua chios asperat vndas. ¶ Catina nā. vel hæc catine catines. oppidum sicilie quam alij catanaz vocant. Silius libro. xiiij. Tum catine nimum ardenti vicina tiphæo. ¶ Fœmina satis liquet. Iuuenalis satyra. v. Intolerabilis nihil est fœmina diues. ¶ Buccina grandis est tuba qua vigiles tempore belli excitantur ad vigilanduz. Papinius decimo libro thebæidos. Horrida iam primos rumpebat buccina sopnos. ¶ Felsinus felsina felsinum italie populus. Baptista de alphonso. Felsina te leto genuit florentia partu. ¶ Machina cuiuscunq; rei grandis fabrica. Ouidius in fastis. Absona discordem turbabit machina mundum. ¶ Fiscina vasculum iuncis confectum in quo caseus depuratur. Columella libro. xj. Pressaq; flammeola rumpatur fiscina carta. ¶ Pagina pars folij in libro vel ipse liber. Vergilius in bucco. Quam sibi quæ vari prescripsit pagina nomen. ¶ Fuscina illud est quo carnes lebetibus extrahuntur vel naues sustentantur. Martia. in epy. Fuscina dente minax nexu fuit anchora curuo. ¶ Lamina cuiuslibet metalli tenue frustum. Catullus in epy. Plurima fulgenti circumdat lamina textu. ¶ Hac mnemosyne nes. mater nouem musarum quæ memoria interpretatur. Baptista libro primo part he. ma. Mnemosyne natis iuga quæ pimplea colebat. ¶ Apina apine. oppiduz appulie quod diomedes taliter euerit vt nihil prorsus ex eo remanserit. vnde effectum est vt apinæ narum. pro rebus omnino vanis & inutilib; accipiantur. Martia. in epy. Sunt apinæ triceq; & si quid vilius istis. ¶ Gausapina gausapina vestis tenuissima qua estiuo tempore vti solent. Martialis in xenijs. Mense vel augusto sumere gausapinas. ¶ Eleemosyna dictio græca latine sanctum & liberale donum explicatur. Prudentius de peccatore. Quos habet errores supplex eleemosyna purget. ¶ Euphrosyna vel euphrosyne vna est gratiarum latine bona leticia explicatur. Tibullus. Hos precor exhilaret nostros euphrosyna cantus. ¶ Sarcina onus vel pondus simul compactum. Sedulius de conditione humana. Quid genus est hominum nisi multe sarcina culpe. ¶ Ruspina. Ruspina vrbs aphrice. Silius libro tertio. Queq; procul cernit non aquos ruspina fluctus. ¶ Mutina mutinæ. oppiduz cisalpine gallie. Ouidius decimo quinto methamorphoseos. Victa petent mutinæ pharsalia sentiet illum. ¶ Proserpina filia cereris quaz pluto ad inferna rapuisse fertur. Vergilius in georgicis. Nec repetita sequi curet proserpina matrem. ¶ Sarfyna oppidum vmbrie in quo plautus natus dicitur. Silius libro octauo. Vel rastris laudande camers his sarfyna diues. ¶ Statina statinæ vel statine statinarum. insula est in littore campano. Statius libro tertio sylvarum. Anariq; lacus medios statinalq; renatas. ¶ Sibina sibile genus haste. Ennius de bello punico Cum minus illiricis restant sibilisq; fodentes. ¶ Squatina genus piscis. Baptista de thro. gal. Gobius hinc fertur squatine capiuntur in amplis. ¶ Trutina trutinæ. statera est qua res ponderantur. Persius satyra prima.

Castiges trutina nec te quesueris extra. Patina patinæ quodcumq; vas patens & latum. Persius satyra. ij. Esto age; sed grandes patine tucetaq; crassa Nundine. Nundi nā nundinarum locus in quo res libere cum priuilegio communi venduntur. Martialis in epygram. Nundine vestras tetigere villas. (Saphicū est). Xerampeline vestes de quibus iam bis supra dictum est. His autē postremis iunges feminina quæ habent masculinū in imus: vt domina ab hic dominus/asina ab hic asinus furtina ab hic furtinus &c.

I/ante/p/in medijs.

I:p:breue est medijs aliphæ:euripus:enipeus.

I. ante. p:

Et constipo:seriphos:vel coliphia produc.

I/ante/p/in medijs corripitur vt antipodes xripedes euriphiles &c. Excipiuntur sex dictiones in textu. Aliphæ aliphes oppidum campanie. Silius lib. viij. Aliphæ & clanio contempte semper acerre. Coliphium panis militum luctantiū interpretatur membrorum robur. Iuena. satyra. ij. Luctantur pauce comedūt coliphia pauca. Euripus mare est prope boetiam quod septies in die fluit & toties refluit: ideoq; nomē habet ab effectu quod irrequietus latine explicat. Luca. li. v. Euripusq; trahit cursu mutāt vndis. Enipeus fluius thessalie. Ouidi. j. Metha. Populifer sperchius & irrequietus enipeus. Constipo constipas/ firmo firmas/ obstipo obstipas/ inclino inclinas: hinc & obstipus obstipa/ obstipum. i. obliquus & defixus. Persius satyra. iij. Obstipo capite & figentes lumine terram. Hæc seriphos seriphi vna est cycladum. Papinius. j. syluarum. Cyclades hinc sprete niconosq; humilisq; seriphos.

I:ante:q:in medijs.

I:q:duc:siliqua & quæ dant alius quis agendo.

I. ante. q.

I/ante/q/in medijs pducitur vt antiquus antiquor antiquitus &c. Excipitur nomen siliqua & composita ab alius vel quis quæ quod siue nomina siue aduerbia illa sint vt aliquis aliquando vndiq; vtiq; reliquis reliquie &c. Iu uena. saty. xj. Sed laudent siliquas occultus ganeo pultes. Persius saty. iij. Est aliquid quo tendis & in quod dirigis arcum.

I:ante:r:in medijs.

I:super:r:brenia medijs:collyria:egyra.

I. ante. r.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

Bechyres: busiris: apyrina: ofiris: abiron.

Cercyra: epyrus: corcyra: cosira: papyrus.

Ac enchiridium: archymagirus: equiria produc.

- Collyrium** ¶ Ante r in medijs corripitur vt ephyre anticyra marcyris &c. ¶ Excipiuntur quindecim dictiones in textu. ¶ Collyrium medicamentum sorde fluitum oculorum. Horatius satyra. v. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus.
- Egyra.** ¶ Egyra vrbs Caldeorū. Propertius. Prodigia magnanime gētis egyra fuit.
- Bechyres.** ¶ Bechyres populi. Priscianus in perihegesi. Bechyres etia3 subiunt capaniq3 sequuntur. ¶ Busiris tyrannus & deus quidam gentilium cui carne humana sacrificabatur. Verg. in Bucco. A ut illa datī tristes busiridis aras. ¶ Apyrinum genus pomi. Martia. in xenijs. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis. ¶ Ofiris iouis filius qui in ægypto colebatur sub specie canis. Iuuenalis. satyra. vj. Scilicet & tenui popano corruptus. ofiris. ¶ Abiron generosus qui dam inter filios israel qui propter murmurationem contra Moysem & Aaron ceciderunt in abyssum. Baptista. lib. j. parthe. Maria. Clamabatq3 ruens iam se misepultus abiron. ¶ Cercyra vrbs achaie corynthum dicunt. Baptista. in epygrā. Hinc diues bimari cercyra crepidine stabat. ¶ Epyrus regio ē grecie. Ouidius in fast. Insignes epyrus equos per pascua nutrit. ¶ Corcyra insula prope Dalmaciam. Lucanus lib. ij. In portus corcyra tuos seu leua paratur. ¶ Cosira vrbs in aphryca. Silius lib. xiiij. Et bellare thebas docilis cosiraq3 parua.
- Papyrus.** ¶ Papyrus iunceae pellis in qua quondam scriptitabant. Lucretius. libro. xj. Maxima sunt humili nonnunq3 scripta papyro. ¶ Enchiridiū græca dictio latine manuale dicitur. Est enim libellus qui propter sui bonitatem semper manu teneri debet. A ueronius in epygrāma. Vtiliora tibi dedit enchiridia nemo.
- Archymagirus.** ¶ Archymagirus princeps coruz. Iuuen. saty. ix. Finxerunt pariter librari⁹ archymagirus. ¶ Equiria ludi qui cursu equorum ad honorem martis Rome celebrabantur. Ouidius. iij. fast. Altera gramineo spectabis equiria cāpo

Documentum.

Tenthya: empyrius: butyrum saphyrus variabis.

- Tenthya.** ¶ Quattuor dictiones in textu mediam habent communē. ¶ Tenthya/ tenthrorum vrbs nomen. Ouidius primo Tristium. Saltus ab hac terra breuis est tenthya petenti. Iuuenalis satyra penultima. Qui vicina colunt vmbrosa.
- Empyrius.** ¶ tenthya palme. ¶ Empyrius adiectiuum græcum latine ardens & lucens dicitur. Lucretius libro nono. Quot sunt empyrijs rutilantia sydera testis.
- Butyrum.** ¶ Baptista de Gonsa. Transijt ad superas empyria culmina sedes. ¶ Butyrum bouis caseus. Macer. de virtute herbarum. Farinaca sint molli si vis coniung.

sta butyro . Philsephus satyra . decima . Vina bibit butyrumq3 recens cum pane comedit . ¶ Saphyrus vitrum & preciosa gemma . Prudentius in plico . Saphyrus . Vndiq3 fulgenti rutilabant colla saphyro . Sedulius de iudeis . Diuinum saphyri decorabant ordine templum .

♣ Differentia.

Deuio producas: sed dissono delyro curtes.

¶ Delyro delyras compositum a lyra pro sulco terræ est de uio/erro/ vel infan- Delyro.
nio & mediam longat. Horatius in epistolis . Quicquid delyrant reges ple-
ctuntur achiui . ¶ Sed delyro delyras compositum a lyra pro cythara est dis-
sono & discordo mediamq3 corripit . Lucilius libro quinto . Delyrat in pri- Delyro.
mo summo quoq3 delyrat actu . ¶ Dic ergo puer . Delyrant homines quando
sacra delyrat edes .

♣ I/ante/s/in primis.

I/super/s/curta medijs:dionysia/helisos.

I. ante. s.

Amphisa/anchises/alifum/amphyfus/elisa.

Amphyfus/vel cambyses/amethyfus/amison.

Cephyfus:vel crinifus:larisa:donyfa.

Diuisus:gauifa:lalifio:cum paradifus.

Acaruifia:cum deductis vsq3 moratur.

¶ I/ante/s/in medijs corripitur vt abifus/acrifia/elifon. &c . ¶ Excipiuntur.
viginti dictiones in textu cum earum deductis . ¶ Dionysia / dionysioru si- Dionysia.
ne singulati festa bacchi qui & dionysus nuncupatur . Statius in Syluis . Sis-
te precor miti tractem dionysia baccho . Cornelius de vita Alexandri . Has
pater exuias dionysi sume precamur . ¶ Helifus vel helisos fluij nomen . Pa- Helyfus.
pinus quarto Thebaidorum . Lambit & anfractu riparum incuruus heli-
sos . ¶ Amphisa oppidum in phocide . Lucanus libro tertio . Phocaicas am- Amphisa.
phisa manus scopulosaq3 cyrrha . ¶ Anchises pater anee vndiq3 constans in- Anchises.
terpretatur . Vergi. iij . Aeneidos . Tum pater anchises vêtis dare vela iubebat .
¶ Alifum: oppidi nomen in aphrica . Cornelius de vita alexandri . Irudit ma Alifum

- Amphrys**⁹ gnanimas aliū in prela turmas. ¶ **Amphrysus** vel **amphryfos** fluuius thessalie. Ouidius primolibro methamorphoseos. Appidanusq3 senex lenisq3 amphrysus & eas. ¶ **Elisa** sese interficiens explicatur quo nomine appellata est Dido vergiliana quæ ob amorem anæa sese occidit. Ouidius in epistolis. Nec consumpta rogis inscribar elisa sichei. ¶ **Amphifus** totus naturalis interpretatur quo noie dictus est filius driopis in fabulis. Lucilius libro tertio. Mox amphifus adest solers agitator equorum. ¶ **Cambises** tyrannus crudelissimus qui in scripturis nabuccodonosor dicitur. Lucanus libro decimo. Cambises longi populos peruenit ad eui. ¶ **Amethysus** lapis qui contra ebrietatem valet pro quo & amethysus dicitur. Catullus in epygra. Nō vnus bromij calices amethysus habebat. ¶ **Amifon** oppidum in pontho. Cornelius de vita alexandri. Non ita pensilibus muris pugnabat amifon. ¶ **Cephisus** boetie fluuius. Papinius. xj. thebaid. Fatali quodam mergens cephisus in vnda. ¶ **Crinifus** fluuius in appulia. Vergilius. v. aneid. Troia criniso conceptum flumine mater. ¶ **Larisa** larisa oppidum thessalie. Papinius. ij. thebaid. Posthabita est larisa iugis atq3 ardua muro. ¶ **Donyfa** insula in ageo mari. Vergilius in Ciri. Marmorea q3 paron viridemq3 allapsa donysa. ¶ **Diuisus** diuisa diuisum participium satis notum. Vergi. in bucco. Et penitus toto diuisos orbem britannos. ¶ **Gauifus** gaufus gaufum participium a gaudeo gaudes. Propertius. Non sic dardanio gauifus atrida triumpho. ¶ **Lalifio** lalifionis paruus onager siue syuestris asellus. Martialis in xenijs. Dum tener est onager sola q3 lalifio matre. ¶ **Paradisus**. Locus voluptatis & ideo pro celesti habitaculo sumitur vbi æterna est voluptas & requies. Sedulius lib. j. Cuncta gubernantē quem paradisus habet. ¶ **Arusium** promonitorium in insula chio. Vergi. in bucco. Vina nouū fundam calathis arusia nectār.

¶ I: ante: t: in medijs.

- I: ante/ t.** I: t: breue est medijs: aconita: mephitis: alites:
Coryte: amphotrite: heraclitus: cathamithus:
Berytus: vel cocytus: corbite: aphrodite:
Ilithya: galerita: oritæ: parasitus:
Hamerochita: valitudo: simul: hermophroditus:
Inuito: idolothyum: paralyticus: addam
Scriblita: inuitus: lusitana: ac orithya.

Quæmaurus: niciteriūq; & nomine ducta:

Itus: & ita: vel itis: & ites: itos: & itim.

¶ Ante/in medijs breuiatur vt lechytus/natalitius/patritius. &c. ¶ Exci-
piuntur primo viginti septem dictiones in textu. ¶ Acontum venenosa her- Acontum
ba frequens in lybia qua homines sepe intoxicantur. Ouidius. j. methamor-
phoseos. Turida terribiles miscunt aconita nouerca. ¶ Hac mephitis fetor Mephitis.
qui ex sulphuratis cauernis erumpit. & pro sordido anhelitu recte accipitur.
Perius satyra. iij. Gutturē sulphureas lente exhalante mephites. ¶ Alites Alites
alite. populus germanie. Sidonius. ij. panegyrico. Ballonothus rugus bur-
gundio vesus alites. ¶ Corithe corithes vel coritha coritha. queuis/equa/ Corithe
nobilis & excellens. Iuuenalis satyra. viij. Sed venale pecus coritha posteritas
et. ¶ Amphitrite amphitrites vxor neptuni & pro ipso mari recte sumitur. Amphitri-
te.
Ouidius. j. methamorphoseos. Margine terrarū porreerat amphitrite (spō-
daicus est verus) ¶ Heraclytus philosophus qui propter miseras hominum Heraclyt⁹.
assidue flebat. Lucretius libro. ix. Heraclytus inquit quorū dux agmina primus
¶ Cathamithus masculus quo olim loco meretricis abutebantur. A usoni⁹ Cathami-
thus
in epygrammatis. Aut iouis clyth tu cathamithus eris. ¶ Berytus: oppidū
phonicie. Lucilius libro. ix. Nec minus auxilium populo berytus agebat.
¶ Cocytus fluuius inferni luctus latine explicatur. Vergilius. vj. aneidos.
Cocyt⁹ stagna alta vides stygiarūq; paludem. ¶ Corbita naui oneraria que
in supremo corbem pro insigni gestat. Valerius flaccus libro. v. Mercibus ex-
pletis fertur corbita per vndas. ¶ Aphrodite huius aphrodites vel hec aphro-
dita aphrodite est nomen veneris que ex spuma testiculorum saturni in mare
lapforū nata fingitur. Lucretius libro. iij. Fluctibus equoreis aphrodite no-
mina sumit. ¶ Ilithya: Iuno vel diana que quondam puerperijs fauere crede-
batur. Ouidius. ix. methamorphoseos. Prepositam timidis parentibus ili-
thyam (Versus est spondaicus) ¶ Galerita auis quam alauidam dicunt. Sere
nus. Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt. ¶ Orite populi indie
Priscia. in perithegei. Oritas aribasq; simulq; liniq; arachotas. ¶ Parasitus
qui mentas conuiuantium cibi vel potus gratia ambit & perlustrat. Iuena-
lis satyra. iij. Ad cenam quoties parasitus venerit infans. ¶ Hamerochita
fluuius & oppidum indie. Cornelius de vita alexandri. Hamerochita suas aci-
es in prelia misit ¶ Valitudo sanitas vel agritudo sequendū adiectiuum illi
addictū. Horatius in epy. Gratia fama valitudo contingat abunde: ego tamē
profero & alijs proferendum cenleo valetudo per/e/ in sequēda syllaba. Dici
mus enim valco vales & non valio valis. ¶ Hermaphroditus mercurij & ve-
neris filius qui vtrumq; habebat sexum. Martialis. libro. x. Odit amatrices.
hermaphroditus aquas. ¶ Inuito inuitas. prouoco & excito. Baptista in buc-
colicis. Blandimenta mouent quem nulla inuitat orexis. ¶ Idolothytum est
quicquid idolo immolatur. Prudentius de Iudeis. Dētib⁹ insectis idolothy-
ta comedit. ¶ Paralyticus qui soluta vndiq; habet mēbra. Sedulius de mira
culis cristi. Viribus obtentis mox hinc paralyticus iuit. ¶ Scriblita delicate Scriblita.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

placente species. **Martialis libro tertio. Circūlata diu mensis scriblita sequūdis.** ¶ **Inuitus inuita inuitum non voluntarius.** Vergilius sexto aneidis. **Inuitus regina tuo de littore cessi.** ¶ **Lusitania vel lusitana: regio est hispanie** Silius libro. iij. Hos variatus agit lusitanūq3 remotis. ¶ **Orithya nomē nymphae.** Ouidius sexto methamorphoseos. Dilectaq3 diu caruit deus orithya. (Spondaicus est versus) ¶ **Mauritania regio maurorum.** Martialis in xenijs. Conabant pictis ita mauritania mensis: ¶ **Niciterium precium quod pro victoria datur.** Iuuenalis saty. ij. Et cyromatico fert niciteria collo. ¶ **Sequendo excipiuntur deriuata ex alijs nominibus.** ¶ **In itus sicut maritus/auitus auritus. &c.** ¶ **In ita sicut moabita/palestrita/leuita. &c.** ¶ **In itis sicut samaritis/leuitis/sunamitis. &c.** ¶ **In ites sicut leuites/gadites/samites. &c.** ¶ **In itos sicut choritos/meritos/lechitos. &c.** ¶ **Et aduerbia in itim sicut viritim/pueritim/mulieritim. &c.**

Documentum.

Fortuitus: pituita: aquitania: tu variabis.

Fortuitus. ¶ **Tres dictiones in textu si ante t in medijs variant.** ¶ **Fortuitus fortuita fortuitum contingens & euentuosus.** Papinius. xij. thebaid. Aequa & fortuito ducte quater aggere pinnae. Seneca in hercule furente. Fortuitoū strepitus malorum (Saphicum est) ¶ **Pituita malus humor qui e cerebro defluit.** Horatius in epistolis. Precipue sanus nisi cum pituita molesta est. Persius satyra. ij. Sopnia pituita qui purgatissima mittunt. ¶ **Aquitania regio & pars gallie.** Ausonius in epygrammatibus. Surgebat latis pugnaq3 aquitania terris. Tibullus lib. ij. Hunc fore aquitanas posset qui fundere gētes.

Differentia.

Titius: e: verbo produc: a nomine curta.

¶ **A diectiuum in titius titia titium descendens a verbo vel participio mediam producit vt fictitius/factitius/scriptitius. &c.** ¶ **Sed descens a nomine eandem corrigit vt patritius/stramentitius/lateritius. &c.**

Differentia.

Conditio conditus longat: sed condo retractat.

Conditus. ¶ **Conditus condita conditum a verbo condis conditi conditum cibos sapere facio. mediam habet longam.** Claudianus in epy. Illi est lingua graui semper condita lepore. ¶ **Sed conditus condita conditum. a verbo cō-**

do condis condidi conditum. i. fabrico vel occulto eandem breuiat. Ouidius de tristibus. Discreto grauius comburit conditus ignis. ¶ Dic ergo puer. Conditus capus est materna conditus archa.

♣ Differentia.

Propharetra duco corytus: pro vrberetractio.

¶ Corytus propharetra mediam longat. Vergilius. x. aneid. Corytiq3 leues humeris & letifer arcus. ¶ Sed corytus pro oppido italie eandem breuiat. Vergilius. vii. aneid. Hic illum coryti tyrrhena a sede profectum. ¶ Dic ergo puer. Corytus bonus est corytus quem in prelia mittit.

♣ Differentia.

Ex ira produc: verum ex ratus irritato curta.

¶ Irrito irritas compositum a nomine ira est prouoco & ad iram comoueo. mediamq3 producit. Vergilius decimo aneid. Irritatq3 virum telis & voce laesit. ¶ Sed irritato compositum a nomine ratus rata ratum est infirmo & euacuo. Prudentius de euangelicis verbis. Omnia que doctor tradit malus irritat hostis. ¶ Dic ergo puer. Me latro irritat qui partos irritat asses.

♣ I: ante: u: in medijs.

I: super: u: produc: niniue: rediuuius & inde

I/ante/u:

Symbriuius semper tu corripuisse iuberis.

¶ I/ante/u/ in medijs producit vt deriuo/conniueo/salua. &c. ¶ Excipiuntur tres dictiones in textu. ¶ Niniue niniuarum vel hec niniue niniues. opusculum in iudea. Manilius libro vltimo. Hinc niniuas adiit comitatus milite pauco. ¶ Rediuuius rediuiua rediuuium de illo dicitur quod post mortuū videtur reuiuiscit. Propertius. Plaga recrudescit tali rediuiua dolore. ¶ Symbriuius: fluuius in aphrica. Silius libro. viij. Symbriuius rastrisq3 domant aquicola rura.

♣ I: in vltimis.

I sub fine moror hinc sicuti moly vocansq3

I/i vltimis

Sicuti:
Moly.

¶ In fine dictionis producitur: vt domini sui audi vesperi &c. ¶ Excipiuntur. Primo due dictiones in textu. ¶ Sicuti similitudinis aduerbium. Lucius libro nono. Sicuti magnanimum decet ille in praelia fertur. ¶ Hoc moly herba mirabilis efficacie ad agritudines curandas. Baptista in epygramma. Moly quod infuso curabat vulnera succo. ¶ Sequundo excipitur omnis vocatiuus in /i/ tercie declinationis vt tethy/ themy/ amaryli/ alexi &c. ¶ Vergilius in Buccolicis. Mirabar cur mœsta deos amaryli vocares. Idē. O crudelis alexi nihil mea carmina curas. ¶ Dico tercie declinationis quia secus sit in sequenda vt anthoni vincenti laurenti &c.

Documentum.

Cui/ mihi/ siue/ tibi/ sibi: vbi: ibi nisi græcum.

In terno nomenq; simul non flexile muta.

¶ Octo pticule in textu & datiuus græcus: sicut palladi tethydi phyllidi &c. Et nomen indeclinabile: sicut mely/ gomi/ naucivltimam habet communem. Particule autem manifestiores sunt q̄ quibus multa exemplificatio debeatur. Sed de datiuo græco testis est catullus: qui de coma berenices ait. Luce autem prima tethidi restitutor. Et idem in argo dicit. Tum thetidi pater ipse iugandum pecea sensit. De indeclinabili nomine. Audi qd Corne. de vita Alexand. dicat. Gomi per irriguos manabat ab arbore campos. Et paulopost Gomi per virides hubertim labitur hortos.

Te706.

In te IESV spes mea recumbit.

♣ Petri Pontani Cęci Brugenſis. In
Artem Verſificatoriam liber ſextus.

♣ De littera / o / in primis medijs &
vltimis ſyllabis.

♣ O / ante / B / in primis.



N T E B

Protrahis / o / soboles obelus so-
barusq.

Ac obolus / vel cum preſint duo
conſona curtas.

♣ O / ante / b / i primis pducitur: vt gobius
gobio / gobergum &c. ♣ Exciuntur. Primo quattuor diſtiones in textu.
♣ Soboles generatio. Verg. in bucco. Chara deum soboles magnū iouis in-
crementum. Ego tamen suboles per / u / a / verbo suboleo suboles rectius pro-
ferendum eſſe arbitror. ♣ Obelus eſt veru quo in ſcripturis ſuperflue addituz
ſolet notari. Petrarcha in epiſt. A d andream poetam. Venit ariſtarchus obelis
annatus acutis. Pro eodem dicis & obeliſcus. Verg. de roſis. Hac peperit pri-
mi veſtigia celſa obeliſci. ♣ Sobarus / sobara / sobarum / vehemens & fortis.
Verg. in aethna. Aſperior ſobaris & quedam ſordida fax eſt. ♣ Obolus genus
ponderis & monete. Priſcianus de ponderibus. Na3 nihil his oboloue minus
maiufue talento. ♣ Sequundo. Exciuntur diſtiones omnes q̄ habent duas
conſonantes ante / o / vt probro glomero globo &c.

Soboles.

Obelus.

Sobarus.

Obolus.

♣ Documentum.

Quę dat / ob / adiunges breuibus: ſed obex variabis,

♣ Compoſita ex præpoſitione / ob / ſicut obio / obis / obelus / obela / obelum / ob-
ortus / oborta / obortum / primā corripit. ♣ Sed nomen obex (i. obſtaculū) Obex
priorē variat. Silius libro. iij. Et ſidos certat obices arceſſere ſylua. Vergi-
q̄ liij

lius Aeneidos decimo. Ecce maris magna claudit nos obijce pontus.

♂ O/ante/c/in primis.

♂.ante.c. Ante/c/corripis/o/cocalia/dochimus/ocys.

Cocalide/voces/procerus/pocula/phoce.

Ocia/cocytus/phocis/boca/ocyra/phoca.

Cocota/oceanus/oca/ocyron/remoramur.

- Cocalia.** ♂ O/ante/c/in primis corripitur. vt oculus voco focus &c. ¶ Excipiuntur decem & octo dictiones in textu. ¶ Cocalia locus in quo aues multe nutrium Cornelijs de vita A lexan. Consona tristata reficit cocalia mentem. ¶ Dochimus pes metricus ex bachio & iambo. i. prima breui duabus longis : quarta breui & vltima producta constans vt doceremini. Ruffinus/Rethoricas pulchre structuras dochimus ornat. ¶ Ocys. i. velox hinc sunt ocyster/ocys/ocyslime/&c. Persi. satyra. v. Ocys ad naues nihil obstat quin trabe vastas.
- Cocalide.** Cocalide populi in aphrica. Silius lib. iij. Cocalidum insidijs & gētis fraude dososa. ¶ Boces pisces sunt de genere cancrorū. Ouid. de trist. Circūfusa magis complebant littora boces. ¶ Procerus/ pccera/ pccerum: est longus/ lōga/ longum. Verg. ix. aneid. Proceram arata gestabat cuspidē pinum. ¶ Poculum vas potorium. Veg. in Bucco. Insanire libet quomā tibi pocula ponā. ¶ Phoce phoces & p eodem phocena vel phocia oppidū thessalie. Corne. de vi. alex. Languida bellorū mittebat corpora phoce. ¶ Ocyū notum est hinc ocyolus ocyofa/ocyofum/ocyose/ocyor/ocyaris. &c. Ouidi. de re. amo. Ocyā si tollas periere cupidinis arma. ¶ Cocytus infernalis fluuius latine luctus interpretat. ¶ Claudianus in epy. Eruptat cocytus aquas q̄ sulphura gignūt. ¶ Phocis phocidis regio boetie cōsecrata musis. Bap. j. par. ma. Sz neq3 pierij fontis neq3 phocidis vnda. ¶ Boca nomen piscis q̄ halecis similitudinē fere h3. A uso. in epy. Non quesitū halec: sed macra/ boca fuit. ¶ Ocymū herbarum mixta quā barbari saladā vocāt. Persi. saty. v. Cū bñ discit cātauerit ocyma uerne.
- Phoca.** ¶ Phoca/phoce marinus vitulus. Ouid. j. Meth. Nūc tibi deformes pontum sua corpora phoce. ¶ Cocota oppidi nomen i passagonia. Ruffus in arato. Di ruta nunc marcet. quondā cocota vigeat. ¶ Oceanus deus maris vel ip̄z mare. Lucanus libro. j. Oceanū tumidas remo cōpescuit vndas. ¶ Oca nomē insule ppe lybiā. Prisci. in perihēg. Hinc lybicos flatus capitaliter oca receptat.
- Ocyron.** ¶ Ocyron fluuius macedonie. Lucre. li. vij. Ocyron tumido rūpebat gurgelte ripas.

♂ Documentum.

Locusta & procyon recte variare licebit.

¶ Due dictiones in textu. Primam habent cōmunem. ¶ Locusta brevis be Locusta,
stiola: qua Ioannes Baptista vescabatur in deserto. Iuuenecus Mandere locustas
soltus ruralibus aruis. Gregorius. Cui latex haustu sociata pastum mella lo
custis. Saphicu est cū adonio. ¶ Procyon grāca dictio latine anticanis dī. Procyon.
Est em stella q̄ immediate p̄cedit caniculam. Bapti. ij. parthe. Ma. Ceperat &
claros pcyon abscondere vultus. Idē. Ibidem. Post rapidū leporem iugulas &
procyon vstū.

¶ Differentia/

Tegmen produco: sed ferrum curto focale.

¶ Hoc focale/ focalis/ duas h3 significantias. ¶ Vno quippe modo est tegmē Focale,
capitis vsq3 ad fauces demissum: que delicatituli p̄fessores quondam vti so
lebant: & tunc primam longat. Marti. in appophoretis. Hoc focale tuas asserat
auriculas. ¶ Altero modo est ferrum: quo voluptuosorū hoīm capilli crispā Focale,
tur & eandem breuiat. Horati. sermo. xij. Fasciolas cubitale focalia potus vt
ille. ¶ Dic ergo puer. Vtor focali crines non orno focali.

¶ O/ ante/ d/ in dissyllabis.

O/ d/ tibi longant dissyllaba: sed modus inde.

O. ante. d.

Et modo/ siue rhodus/ vel odor/ deducere/ debes.

¶ O/ ante/ d/ in dissyllabis longatur: vt nodus/ oda/ nodo/ nodas &c. ¶ Excipiuntur quattuor dictioēs in textu. ¶ Modus certa rerū mediocritas. Hora. Modus.
ij. sermonum. Est modus in rebus sunt certi deniq3 fines. ¶ Modo aduerbiū Modo.
satis notū. Perū. lary. j. Quisquis es o mō quē ex aduerso dicere feci. ¶ Rhodus.
Rhodus. ¶ Rhodus vel rhodos insula clarissimis nobilitata annalibus. Ouid. iij. Meth. Di.
ligis hanc vnā. nec te clymeneq3 rhodosq3. ¶ Odor/ vel odos/ odoris nomen Odor.
satis notum. Verg. vj. Aeneid. Nares heu nescis funesto infestat odore.

¶ O/ ante/ d/ in polysyllabis.

Curtat/ o/ d/ polydos/ dodona/ hinc zodiacusq3.

¶ O/ ante/ d/ in polysyllabis breuiatur vt podiū/ sodalis odiū &c. ¶ Excipiunt due dictioēs in textu. ¶ Dodona sylua cōsecrata ioui & veneri. Verg. j. geor. Dodona.
Deficeret sylue & victū dodona negaret. ¶ Zodiacus signifer orbis latine cir Zodiacus.
culus aialis explicat. Cicero. in arato. Zodiacū hūc greci vocitat nriq3 latini

¶ O/ ante/ f/ in primis.

Muni. p. 12. de. de. Cap. 17.
P. 12. de. de. Cap. 17.

Petri Pon. Cæci Bru, In Artem Ver.

O/ante/f. O:super:f:primis semper curtare iuberis.

Pro. ¶ O/ante/f/in primis corripitur vt proficiscor/ofella/profugus.&c. ¶ Sed de particula pro habes latius in primo libro.

♂ O:ante:g:in primis.

O/ante/g. O:g:moror:vogesus:bogus:& logos:ac toga:curtis

Cum rogo:siue rogam:rogus:& roga:iungere debes.

¶ O/ante/g/in primis producit vt ogyge/cogo/fog⁹.&c. ¶ Excipiuntur octo dictiones in textu. ¶ Vogesus mons helueticorum. Lucanus libro primo Castraq; que vogesi curuam super ardua ripam. ¶ Bogus augur hannibalis & pro quouis diuinatore sumitur. Silius libro. iij. Contra leta bogus tyro canit omnia regi. ¶ Hic logos sermo sed in sola fere compositione reperit vt logicus/theologus/dialogus.&c. ¶ Toga vestis qua romani tempore pacis utebantur. atq; ideo pro pace accipitur. Cicero de oratore. Cedant arma toge concedat laurea lingue. ¶ Rogo rogas fatis liquet. Ouidius de pamphilo. Ad sese vt venias te miseranda rogat. ¶ Rogum rogi oppidum thessalie. Cornelius de vita alex adri. Amne rogam liquido septum proci aspicit otis. ¶ Rogus rogi ignis. Ouidius. iij. metamorphoseos. Quodq; rogis superest vna requiescit in vna. ¶ Roga roge. eleeumofyna. Sedulius de virtutibus. Nolo negare rogam ne cristus forte precetur.

Vogesus.
Bogus.
Logos.
Toga
Rogo.
Rogum
Rogus.
Roga.

♂ O:ante:l:in primis.

O/ante/l. O:super:l:brevia:boletus:polypus:olim:

Colis:polydamas:moles:coliphia:colos:

Olearos:nolo:solennis:dolia:moly:

Olenus:& pholis:prolixus:psoleq;proles:

Bolaq; cum nola:solus.solabere:solers:

Spoletum:scolus:tmolus producere debes.

¶ O/ante/l/in primis breuiatur vt soleo/stola/solarium.&c. ¶ Excipiuntur

viginti sex dictiones in textu. ¶ Boletus species est fungi. Martialis libro. j. Boletus
Boletum qualem claudius edit edas. ¶ Polypus piscis plurimos habens pe- Polypus
des & morbus qui e naribus prorumpit. Horatius satyra. iij. Delectat veluti
balbinum polypus hagne. ¶ Olim. i. aliquando. Vergilius. j. aneid. Audie- Olim.
rat tyrias olim que verteret arces. ¶ Colis colidis. insula nomen in india. Colis
Priscianus in perihe. Tellus porrigitur quæ ad terre colidis austros. ¶ Poly- Polyda-
damas polydamantis. multorum princeps interpretatur. Persius satyra prima mas.
Ne mihi polydamas & troiades labeonem. ¶ Moles molis pondus vel diffi- Moles
cultas. Vergilius. j. enei. Tante molis erat romanam condere gentem. ¶ Co Coliphuz
liphium panis roboris interpretatur. est enim cibus qui militibus datur. Iu-
uenalis satyra. ij. Lucratur pauca comedunt coliphia pauca. ¶ Colos: oppi- Colos
dum boetie. Priscianus i perihegesi. Hinc sedet aerio montis sub vertice colos
¶ Olearos oleari. insula prope siciliam. Ovidius. vij. methamorphoseos. Olearos
At non olearos didymeq3 & thenos & andros. ¶ Nolo nouis nolui compo- Nolo
tum a non & volo. Persius saty. j. Cum sapius patruos tunc tuc ignoscite
nolo. ¶ Solennis festus. Vergilius. v. aneid. Annua vota tamen solennesq3 Solenis
ordine pompas. ¶ Dolium: vas grande vini aut alterius liquoris. Iuuenalis Dolium
satyra. xj. Nam quis plura linit victuro dolia iusto. ¶ Hoc moly sine decli- Moly
natu nomen est herbe saluberrime. Ovidius. xiiij. methamorphoseos. Moly
vocant superi nigra radice tenetur. ¶ Olenus insule nomen & virbis in arho- Olenus
lia. Papinius. x. thebaid. Olenos iomys & fluctibus hospita portu. ¶ Pholis Pholis
pholidis nomen piscis. Lucretius libro. ix. Parturit ogigium numerosos pho-
lidas equor. ¶ Prolixus proluxa proluxum. est longus longa longum. Vergi- Prolixus.
lius in bucco. Hirutiumq3 supercilium proluxa3 barba. ¶ Psole vel psoleon. Psole
græca dictio latine mentulam significat. Vergilius in priapeis. Psoleo ille vo-
cat quem nos psoleonta ceraunon. ¶ Proles generatio. Vergilius. j. aneid. Proles
Exigat & pulchra faciat te prole parente. ¶ Bola bole oppidu italie. Vergili- Bola
vj. aneidos. Pometum castrumq3 inui bolamq3 coramq3. ¶ Nola nola oppi- Nola
dum campanie & tintinabulum paruum quo populus in templis admonetur
vt consecratam hostiam adoret. Silius. lib. viij. Illic parthenope & pæno non
peruia nola. ¶ Solus sola solum adiectiuu satis notum. Vergilius. j. aneidos Solus
Q sola infandos troie miserata labores. ¶ Solor solaris conforto confortas. Solor
Vergilius. j. aneidos. Solabar fatis contraria fata rependens. ¶ Solers soler- Solers.
tis cautus & prudens. Ovidius in fastis. Omnia solerti sapienter pectore tra-
cta. ¶ Spoletum ymbrie oppidum. Cornelius de vita alexandri. Spoletum in Spoletum
de petit comitatus milite pauco. ¶ Scolus vrbs boetie. Papinius in syluiis. Scolus.
Laudi scolus erat nunc est sine noie tellus. ¶ Imolus per duas vel tmolus Imolus
per tres syllabas promonthoniu est in sicilia. Vergilius. ij. georgicoru. Imo-
lius assurgit quibus & rex ipse phaneus.

Documentum.

Membrum aut vas produc intestinum colon astra.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

Collum ¶ Collum pro membro vel vasculo quo lac depuratur priorē producit. Terentianus. Idcirco & verbo nūq̃ vno colla ligari. Vergilius. f. geor. Collaq3 prætorum fumosis diripe testis. ¶ **Colon** ¶ Sed colon vel coleus pro intestino (ynde coleati. i. mutoniati vel mētulati) dicuntur eandem corripit. Serenus. Qui colō inuisum morbi genus intima carpit.

✚ Differentia.

Prime longamus: terne colo nos breuiamus.

Colo. ¶ Colo colas primæ cōiugationis est lac vel alium quēuis liquorem depuro & priorem longat. Manilius libro. iij. Et colare vagos inductis retibus amnes. ¶ **Colo.** ¶ Sed colo colis tertij coniugatus est orno/aro/veneror/ & habito. & eādem breuiat. Vergilius in buccolicis. Ipsa colat nobis placeant ante oīa sylue ¶ Dic ergo puer. Dum mea rura colo lactis male symbia colo.

✚ Differentia.

Pro fructu breuior: pro mēsurā olea ducor.

Olea. ¶ Olea quando arborem vel fructū significat primam corripit. Ouidius de nuce. Si licet hoc oleas distringite ledite messes. ¶ **Olea.** ¶ Sed quando mensurę genus denotat eandem producit. Priscianus de ponderibus. Oleaq3 a dragma non re sed nomine differt. ¶ Dic ergo puer. In vendenda olea semper iusta olea detur.

✚ Differentia.

Fixum curto solum: sed longo mobile solum.

Solum ¶ Hoc solum substantium est quicquid alteri suppositum illud sustinet & priorem corripit. Baptista de contempnēda morte. Vnda solum pereunt mortem subit ignis & aer. ¶ **Solum.** ¶ Sed solum adiectiuū satis notum eandem longat. Philelphus satyra sexta. Regulus alter erat solum hoc de noīe constat. ¶ Dic ergo puer. Non tute in solo nata vagare solo.

✚ O: ante: m: in primis.

O: ante: m: O: super: m: produc: bromius: comes: atq3 gomorra.

Et domus: atq3 domo: dominus: coma: siue vomanus

Et comedo:chromis:atq;dromos:stomochus: vel omaſu.

Ac homo: ſiue vomo:glomus:& dromas:& nomos:iſtis

Sic homolaides: ac homole: vel homerus: adepta:

Quodq; tome vel homos:donat breuiare iuberis.

¶ O/ante/m/in primis producit vt vomer/promo/tomentum.&c. ¶ Excipiuntur primo vna & viginti dictiones in textu. ¶ Bromius nomen bacchi furens & ebrius latine explicatur. Propertius. Indulgent bromio & magnus cratera coronant. ¶ Comes comitis qui vel que alterum comitatur. Vergilius. ij. aneid. Sit comes & longe ſeruet veſtigia coiux. ¶ Gomorra vna quinq; vrbiu qua propter peccatum contra naturam in abyſſum ceciderunt Sedulius de iudeis. Vulcano infamem fugit ſuperante gomorram. ¶ Dom⁹ manſio. ſi tamen grace proferas doma producit. Vergilius. ij. aneid. Vulcano ſuperante domus iam proximus ardet. ¶ Domo domas caſtigo & reprimō. Propertius. Omne quod eſt durum prouida cura domat. ¶ Dominus rector. Vergilius. j. aneid. Romanos rerum dominos gentemq; togatam. ¶ Coma come. capillus. Vergilius. j. aneid. Lora tenens tamen hinc ceruix q3 comeq; trahuntur. ¶ Vomanus: fluuius aphrice. Cornelius de vita alexandri. Tinguntur modico ſtagnorum prata vomano. ¶ Comedo: comes: eſt ſatis notum. Baptiſta in epygrammatis. Pauca illi comedunt quibus eſt moderatio cordi. ¶ Hic chromis ſaltator & curſor quo nomine adoleſcens apud vergilium in buccolicis appellatus eſt. Pergite pierides chromis & mnas⁹ antro. ¶ Dromos dromi. curſus vel locus in quo curſ. Catullus in epy. Protinus in vacuo conſtitit ille dromo. ¶ Stomachus pars hominis ſatis nota. Baptiſta in bucco. Vt ſtomachus languentis eram quem nulla ciborum. ¶ Omaſum quoduis inteſtinu3. Baptiſta in buccolicis. Sed tu tan rudis eſt tam pleno in flatu omaſo. ¶ Homo hominis nomen ſatis notum. Horatius in epi. Non hominem occidi non paſces in cruce coruos. ¶ Vomo vomis. bi- bitum vel coeſſum ore eructo. Iuuenalis ſatp^{ra}. vj. Cum vomit hec inter nautas & prandet & errat. ¶ Glomus glomeris cōnectio ſiue cōuolutio fili. Silius ſeptimo libro. Vix glomere exacto preces veſtigia rupit. ¶ Dromas dromadis curſorius canis. Martialis in epy. Velox deſerta curſitat vbe dromas. ¶ Nomas nomadis. regio/fluuius/& populus lybie. Martialis in epy. Cui diadema daret marmore picta nomas. ¶ Homolaides homolaidum ſine ſingulari ſeptem thebarum portæ. Papinius. vij. thebaidos. Sphynge per ingentes homolaides exeat hemon. ¶ Homole homoles. vel homolus mons eſt in theſſalia. Vergilius. vij. aneidos. Descendunt centauri homolen othrim q3 nuaſem. ¶ Homerus homeri. lingua cōlica dicitur latine cecus. Talis enim erat ille poeta poetarum apud græcos. Itaq; agnomentum eſt ab euen- tu quod & mihi cōtingit quia frequentius multo cecus q̄ petrus vel pōtan⁹

Bromius.

Comes.
Gomorra.

Domus.

Domo
Dominus.

Coina
Vomanus.
Comedo.

Chromis.

Dromos
Stomach⁹

Omaſum.
Homo.
Vomo.

Glomus.
Dromas.

Nomas.
Homolai-
des.
Homole.

Homerus.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

Tomi.
Tomus.
Homoeo-
meria.

vbiq; vociter. Horatius in epist. Laudibus arguitur vini vinosus homerus. ¶ Sequendo excipiuntur omnia composita a tome. i. diuisio & homōs. i. similitudo vt tomaculū cibus ex intestinis porcorū. ¶ Tomi tomorum oppidū in quo dyana fratrem suū dilacerauit. ¶ Tomus tomi imperfectus liber siue particula quedam libri. Item homoglossus: id est similis linguæ homoeomeria similitudo partium. Homilia similis sermo &c.

Documentum.

Vomica/pomilio/vel omitto carmina mutant.

Vomica.

¶ Tres dictiones in textu. Primam syllabam habent cōmunem. ¶ Vomica est tumor in corpore turpem euomens sanie. Serenus Vomica qualis erit vultu speculari quieto. Iuuen. saty. xiiij. Et phthiſis & vomice putres & diuidiū

Pomilio.

¶ Pomilio/onis/pomilus/li/vel pomilis huius/is. est populus brevis quæ cum gruib; assiduū habet bellum. Pigmeus vulgo appellatur. Corne. de vita Alexandri. Ridebat nimium pomilones corpore paruo (syncope est.) Marti. in apophoretis. Parma tibi scutum pomilionis erat. ¶ Omitto omittis cōcedo vel relinquo. Horatius in episto. Quem sua culpa premit deceptus omittitue ri. Prudentius in plicomachia. Necn omittit pces q̄tumuis quib; recuset.

Omitto.

Differentia.

Prime corripimus como: sed terne remoramur.

Como.

¶ Como comas prime declinationis est comas/sue/corines induco & priorem breuiat. Propertius Ridetes placido iā rami vere comatur. ¶ Sed como

Como.

comis. i. orno/ornas/eandē longat. Idē. Vel quid pigmentis comere membra iuuat. ¶ Dic ergo puer. Q̄tumuis comas non caput ipse comas.

O/ante/n/in primis.

O. ante. n.

O/super/n/breuiā sicut monos attamen educ.

Monychus/& gonos/thonites/zonaq; nonus.

Et cum/c/d/p/preit/o/cronos atq; donysa.

Cum cronij;/phonos/authores breuiare iubebunt.

¶ O/ante/n/i primis corripit vt bonus sono/tono &c. ¶ Excipiuntur. Prime

quinq3 dictiones in textu. ¶ Monychus nomen centauri. Valerius flaccus Monychus
v. Monychus ardenti peragit clarus antora quercu. ¶ Gonos vel gonos lati- Gonos.
ne angulus. Lucretius libro. xj. Non ita gonos erat quod delituere sub astu.
¶ Thonites thonite fluuius in dalmacia. Priscianus in perihegesi. Atq3 la- Thonites.
cu medius thonites intrat & exit. ¶ Zona cinctorium. Horatius. ij. sermonu Zona
Ibit eo quo vis qui zonam perdidit & rem. ¶ Nonus nona nonum. numera- Nonus
le nomen. Vergilius. j. georgicorum. Addere nona fuge melior contraria fur-
tis. ¶ Sequūdo excipiuntur dictiones habentes /c/d/p/ante/o/vt conor/ do-
no/pono. &c. ¶ Hinc rursus demuntur quattuor dictiones. in textu. ¶ Cro Cronos.
nos tempus. sed in sola fere compositione reperitur vt cronographus est tem-
poris descriptor cronographia temporis descriptio. Ouidius de tristibus. Hac
ita discreuit gestata cronographus olim. ¶ Donyfa vna cycladum in ageo Donyfa.
mari. Vargilius in ciri. Marmoreamq3 paron uindemq3 allapia donysam.
¶ Cronia croniorum sine singulari sunt bacchanalia siue festa bacchi. Lucius Cronia.
lius libro. v. Torua mimalonee cronijs dant tympana bacche. ¶ Phonos: per Phonos.
cussio siue flagellatio sed extra compositionē raro inuenitur vt nebrophonos.
id est ceruorum necator. ¶ Tisiphone tisiphones pœnarum flagellatio. Ouid. Tisiphone.
iij. methamorphoseos. Tisiphone canos vt erat turbata capillos.

¶ Differentia.

Pro cantu tibi curto tonū: pro pōdere duco.

¶ Tonus pro illa vocis moderatione quæ inter cantandum debet obseruari. Tonus.
priorem corripit. Catullus in epy. Me pudet absurdo promere digna tono.
¶ Sed tonus toni pro quodam genere ponderis eādem producit. Priscianus Tonus.
de ponderibus. Prestitit equali semper venalia tono. ¶ Dic ergo puer. Nullus
in ore tonus quia fraudatur mihi tonus.

¶ O: ante: p: in primis.

Ante: p: corripis: o: tophus: sclopus: quoq; psophis

O/ ante/p.

Et dropax: popeanū: vel cum preit: o: c:

Educes: scopulus: scopus: atq; copas: cophinusq;

Et copos: inde scopas: tantum breuiare iuberis.

¶ O/ ante/p/ in primis breuiatur vt opus/sopor/oportet. &c. ¶ Excipiuntur
primo quinq3 dictiones in textu. ¶ Tophus tophi asper est lapis qui in are- Tophus.
r iij.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

- Sclopus** nas facile resoluitur. Vergilius primo georgicorum. Et tophus scaber & nigris exela cylindris. ¶ Sclopus sclopi est ille sonus quem grandiores tuba faciunt. Persius satyra quinta. Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.
- Pfophis.** ¶ Pfophis pfophidis. oppidum boetie. Papinius. iij. thebaidorū. A ephitios idem ardor agros pfophidagz celsam. &c. ¶ Dropax dropacis vnguentū quo vane mulieres faciez genalqz fuccant vt pulchriores videantur. Martialis lib. iij. Psilotro faciemqz lauas & dropace caluam. ¶ Popeanū vnguentum quo delicati homontiones ad suauē vtuntur redolentiam muscum galli vocant. Iuuenalis satyra. vj. Pane tūmet facies aut pingua popeana (Spōdaic⁹ est verus) ¶ Sequundo excipiuntur habentia / c / ante / o / vt copulo copulas scropha copia. &c. ¶ Hinc rursus demuntur sex dictiones in textu. ¶ Scopolus alta rupes latine specularium dici potest. Vergilius primo æneidos. Aeneas scopulum interea conscendit & omnem. ¶ Scopus signum quod sagittarij contingere nituntur. Martialis in epygrammatis. Impetit ostensum crebra sagitta scopum. ¶ Copas cope mons assyrie excelsus latine dicitur. Propertius. Labis aerio pulsus ab vsqz copa. ¶ Cophinus: species sporte. Iuuenalis satyra. iij. Iudei quorum cophinus frenūqz supellex. ¶ Copos græca dictio latine labor explicatur sed in sola compositione reperies sicut arthocopus est panis laborio se factus. chyrocopus manus laboriosa. Androcopus homo laboriosus. &c.
- Scopas** ¶ Scopas scope nomen subtilissimi celatoris & pro quouis sculptore sumi potest. Propertius. Venit praxiteles venit & inde scopas.

✶ Differentia.

Curtat opis patrius: sed reclus protrahit opis.

- Opis.** ¶ Opis genitiui casus tantum. Vnde opi opem ope pro facultate priorem corripit. Vergilius primo aneid. Non opis est nostre dido nec quicquid vbiqzē.
- Opis.** ¶ Sed opis nominatiui casus huius opios huic opi hanc opim ab hac opi. pro nympha eandem producit. Claudianus in libro. ij. de laudibus poe. Et soror optatum numen venatibus opis. ¶ Dic ergo puer. Nil opis in cœli tractibus: opis habet.

✶ Differentia.

Deponens duc opperior: passum breuiando.

- Opperior.** ¶ Opperior operiris deponentale verbum est expecto expectas & prima3 positione longat quia duplicato / pp / scribitur. Horatius in epiſt. Nec tardum opperior nec precedentibus insto. ¶ Sed operior operiris verbum passuum est teger tegeris & eandem corripit. Sedulius libro tertio. Corpus sepe agruz tu nœcis operitur amoris. ¶ Dic ergo puer. Quem dudum opperior gramine opertus adest.

☞ Differentia.

Arbor longamus: sed gens populus breuiamus.

☞ Populus pro arbore de genere quercuū est generis feminini & primā longat. Vergilius in buccolicis. Populus alcidē gratissima vitis hiaco. ☞ Sed populus pro collectione hoim generis est masculini & eandem breuiat. Horati⁹ de arte. Tu quid, ego & populus mecum desideret audi. ☞ Dic ergo puer. Misratur populus frondes quas populus edit.

Populus.
Populus.

☞ Differentia.

Vinea propago longans: stirps curto propago

☞ Propago propaginis pro vinea primam longat. Lucretius libro. ij. His pro paginibus si letus fauerit imber. ☞ Sed propago pro stirpe siue progenie eandem breuiat. Persius satyra. iij. Nō possit magni messale lippa propago. ☞ Dic ergo puer. Dum propago perit franca propago gemit. Simile habes in primo libro de particula pro.

Propago.
Propago.

☞ Differentia.

Composito breuiā: sed simplice sopio produc.

☞ Sopio sopis est dormire facio quod in compositione. syllabam /so/ breuiat. Ouidius. ij. de arte. Purpureo iacui semisopita thoro. Sed in simplice eandem longat. Idem. vij. methamorphoseos. Peruigilem supereff herbis sopire draconem. ☞ Dic ergo puer. Quā me sopires semisopitus eras.

Sopio
Sopio

☞ O/ ante/ q/ in primis.

Ante. q: contrahis: o: sextus tamen excipiat.

O/ ante/ q/

☞ O/ añ/ q/ in primis corripitur. vt coquo coquis. loquor loqueris. quoq3 cōunctio. &c. ☞ Sed composita ex illo ablatiuo quo excipiuntur vt quoquo/ quoq3/ quocunq3. &c.

☞ O: ante: r: in primis.

O: super: r: breuiā corithæ: morio: coram:

O/ ant/ r/

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

Corasmi/choros/soractes/orithos/hora.

Orata/oritæ/sorex/horoscopus/oro.

Os/orithius/mos/corycus/oricos/horus.

Noricus/oretoni/pfora/orithiaq;/noris.

Orodo/doron/doris/morus/quoq; porus.

Thorax/& soros/sora/& quibus/l/preit/aut/r.

Cum deriuatis semper producere debes.

Corithe.

Morio.

Coram.

Corasmi.

Choros.

Soractes.

Orithos.

Hora.

Orata.

Oritæ.

Sorex.

Horoscop.

Oro.

Os.

Orithius.

Mos.

Corycus.

¶ O/ante/r/in primis corripitur vt soror mora forem &c. ¶ Excipiuntur. Pri-
mo due & triginta dictiones in textu. ¶ Coritha corithes/vel coritha/cori-
tha/ famose/qua nomen apud Romanos. Iuuenalis satyra. octaua. Sed vena-
le pecus coritha posteritas et. ¶ Morio/morionis stultus qui vel sermone/
vel gestu aut deformitate corporis magnates delectat fatutum regis/aut prin-
cipis vocant. Martialis libro. octauo. Morio dictus erat viginti milibus emi.
¶ Cora prepositio satis nota. Horatius in episto. Audisti coram nec verbo par-
cius absens. ¶ Corasmi populi Macedonie. Lucilius libro septimo. Crinibus
explicitis passim corasmius errat. ¶ Choros est locus: sed in sola compositione
reperitur: sicut chorographus. i. loci descriptor. Baptist. de Alphonso. Corog-
phos memini persepe audire legendo. ¶ Hic soractes / hoc soracte/vel hic so-
rax huius soractis mons apulie. Vergilius Aeneid. vndecimo. Summe deū
sancti custos soractis apollo. ¶ Orithos/orithi oppidum epyri. Propertius.
Accipiat placidis orithos equonibus. ¶ Hora tempus satis notum. Horatius
in episto. Grata superueniet quæ non sperabitur hora. ¶ Orata piscis aureum
colorem habens. Martialis in epygrammatibus. Non omnis laudem precia-
q3 orata meretur. ¶ Oritæ/oritarum populi thessalie. Priscianus in perihæ-
gesi. Oritas aribasq3 simul liniq3 arachotas. ¶ Sorex magnus/mus/ratum/
barbari vocant. Serenus. Si pregnans artus captiui soricis edit. ¶ Horosco-
pus est cuiuslibet hore naturalis influxus. Persius satyra sequenda. Discrepet
his alius geminos heroskope varro. ¶ Oro/oras/rogo. Vergil. j. Aeneidos.
Oramus prohibe infandos a nauibus ignes. ¶ Os/oris/ pars hominis satis
nota. Vergil. ij. Aeneidos. Ora prius miseris nonnunq̃ credita feucris. ¶ Ori-
thius mons maritimus in Boetia. Sidonius in epita. Qua super idalius leuat
orithion & athram. ¶ Mos moris consuetudo: sed mores in plurali sunt vir-
tutes aut vitia. Horatius in epistolis. Non quo more pyris velci calaber iubet
hospes. ¶ Corycus oppidum & mons cilicie. Adagialiter autem pro subtili
latrone viurpatur. Cornelius de vita Alexan. Imprimis circumspectas ne cory

cus addit. ¶ Oricos oppidum atholie. Silius libro. xv. Ille & nocturnis conter
ruit oricon armis. ¶ Horus/ hori equus solis. Ouidius in Fastis. Aeraper li
quidum lāpadas horus agit. ¶ Noricus populus scythie. Sidonius in primo
panegyrico. Noricus ostrogothum qui continet ille timetur. ¶ Oretoni po
puli & montes hongarie. Baptista de exhor. Oretonū proceres collecto mar
te venirent. ¶ Pfora latine scabies dicitur. Baptista in epygrammatis. Iamq3
caput solidum lurida pfora tegit. ¶ Orithia nympha quam boreas rapuisse
fingitur. Propertius. Non orithiam boreas ardentius optat. ¶ Noris nomē
vrbis in india. Cornelius de vita Alexandri. Pugnacem ingenti conclusit mi
lite norim. Noris etiam verbum est pro noueris eadem q̄titate retenta. Per
sius satyra sequunda. Tecum habita vt noris q̄ sit tibi curta supellex. ¶ Oro
pus huius oropontis oppidum germanie. Martialis in xenijs. Oropus mittit
validas in prelia turmas. ¶ Doron: id est donum: sed in sola fere compositio
ne est: vt dorotheus. i. dohum dei doroti: id est donū inutile & vanum. Bapti
sta in epygramma. Quē nobis quondam mittis dorosius extat. ¶ Doris/
doridis. i. nympha maris vel ipsum mare. Vergilius in Buccoli. Doris ama
ra suam non intermisceat vndam. ¶ Morus arbor cuius fructus hoc moru3
dicitur. Vergilius in Buccolicis. Sanguineis frontem moris & tempora pin
git. ¶ Porus gemma & subtilis illa apertio corporis per quam sudor emanat
Lucretius libro septimo. Largius exudāt resolutis corpora poris. ¶ Thorax
thoracis armatura qua milites pectus muniunt. Fnnius. Vulneribus cadit
innumeris thorace remoto. ¶ Soros graca dictio latine cumulus explicatur
Hinc est sorita illa argumentatio quam vulgus dialecticoru de primo ad vlti
mum vocat. Lucilius libro nono. Fit secus atq3 putas non hunc sorita sesele
lit. ¶ Sora sorā oppidū italię. Silius libr. octauo. Ducebat simul excitos so
ra3 iuuentus. ¶ Sequundo excipiuntur habentia/ l/ vel/ r/ ante/ o/ vt gloria/
floreo/ roro/ roras/ prora/ ros/ roris/ &c.

Oricos.
Horus.
Noricus.
Oretoni.

Pfora.
Orithia.
Noris.

Oropus.
Doron.
Doris.
Morus.
Porus.
Thorax.
Soros.

Sora.

Documentum.

Origanum vel coralium variabis orion.

¶ Tres dictiones in textu: primam syllabam habent commune. ¶ Origanū
genus herba. Martia. lib. iij. Inter lactucas origanumq3 liber. Macer. de vir
tu. her. Quinetiam membris vires prosunt origani. ¶ Coralium vel coralus
species gemme que cordis conseruatrix esse fertur. Ouidius libro. iij. Metha.
Nunc quoq3 coralij eadem natura remanfit. Claudianus in nuptijs honori
Mergit se subito vellitq3 coraliam clotho. ¶ Orion orionis stella quę suo ortu
& occasu cedes & pluias concitat. Vergilius primo Aeneidos. Cum subito
asturgens fluctu nymphosus orion. Papinius septimo. Thebaidorum. Atq3
auro rude fulmen habent orionis alti.

Origanum
Coralium.
Orion.

Differentia.

Ventus longatur: sed turba chorus breuiatur.

Corus. ¶ Corus pro vento vel mensura priorem longat. Boetius primo de consolati
phi. Vt cum precipiti glomerantur sydera coro. ¶ Sed chorus pro turba vel
Chorus. loco sacro eandē breuiat. Vergilius primo Aeneidos. Exercet dyana choros
quam mille sequite. ¶ Dic ergo puer. Spiranti coro sunt mala sepe choro.

✶ Differentia.

Deponens duces: commune moror breuiabis.

Moror. ¶ Moror/moraris deponentale verbū est infansio infans & stulte ago. dicitur
em ab adiectiuo græco moros. i. fatuus vt in hoc plauti. In truculento amor
mores hominum moros & morosos efficit. tunc priorem longat. Lucretius
Moror. libro vndecimo. Id nisi retuleris leso morabere sensu. ¶ Sed moror cōe verbū
est expecto/vel expector detineo/vel detineor & eadē corripit. Persius saty. ij.
Annue his superos vetuere Iouemq3 morantur. ¶ Dic ergo puer. Quum
quis moratur nil blandimenta moratur.

✶ Differentia.

Morosum mos producit tibi: quod mora curtat.

Morosus. ¶ Morosus/morosa/morosum a nomine mos/ moris est difficilis & petulās
vt pote qui viuendi morem in horas mutet & primā syllabam longat. Perii.
saty. vj. Quum morosa vago singultiet inguine vena. ¶ Sed morosus/moro-
Morosus. sa/morosum/a nomine mora est tardus & piger eandēq3 breuiat. Tibullus
Mollibus in stratis turba morosa iacet. ¶ Dic ergo puer. Seruus morosus
semper solet esse morosus.

✶ Differentia.

Fœmina corripitur: regio producitur ora.

Ora. ¶ Ora pro deavxore quirini priore3 breuiat. Ouid. xiiij. Methamorpho. Mu-
tat oramq3 vocat: quę nunc dea iuncta quirino est. ¶ Sed ora pro regione vel
extremitate vestis eandem longat. Vergilius i primo Aeneidos. Sed vos qui
Ora. tandem quibus aut venistis ab oris. ¶ Dic ergo puer. Non ora dardania mo-
do proclamatur in ora.

✶ Differentia.

Duc primo numero: sed plurali phora curta.

¶ Phora phore singularis numeri pagus est & templum in quo britomartis Phora.
nympha colebatur apud ethiopes & priorem longat. Verg. in Ciri. Vnde alij
fugisse ferunt & numina phora. ¶ Sed fora pluralis numeri a nominatio fo
rū sunt loca in quibus res venduntur: aut res tractantur; & eandem breuiat. Phora.
Martia. libro. iij. Congrua sunt causis hæc fora stulte tuis. ¶ Dic ergo puer.
Non fora leta tibi torrida phora parat.

¶ Differentia.

Vrbs breuians corytus: tibi pro pharetra remorabor.

¶ Corytus nomen vrbs italia. Primā corripit. Papinius in syluis. Nec se pa Corytus.
tricia coryti de gente negabit. ¶ Sed corythus pharetra siue theca sagittarū
eandem producit. Bapt. de calamitatibus tempo. In fera villosos corythos pre Corythus.
liat gestant. ¶ Dic ergo puer. Quem format corytus bonus est corythus i ar
mis. Simile habes libro precedente /I/ ante /t/ in medijs.

¶ O/ ante /s/ in primis.

O/ super /s/ produc/ posui/ mosa/ siue posides.

O. ante /s/

Pros/ rosa/ siue cosæ/ dosis atq; nosos/ vel osiris.

Cum posido semper debes breuiare mosella.

¶ O/ ante /s/ in primis pducitur: vt rosus/ rosa/ rosus/ moles pīs &c. ¶ Ex
cipiuntur primo cōposita ex dictione pros. i. ad/ vel iuxta vt pedia/ proseucha
protopopœia &c. ¶ Sequundo. Excipiuntur decē dictiones in textu. ¶ Posui Posui.
præteritum a pono ponis. Verg. vj. aneid. Remigium alarum posuitq; imma
nia templa. ¶ Mosa/ mosæ fluuius gallie. Sidonius in panegyrico. Rhenus
arar rhodanus. mosa matrona sequana ledus. ¶ Posides/ nomē spadonis siue
ementulati. Iuue. saty. iij. Vt spado vincebat capitolia nostra posides. ¶ Rosa
rosa flos satis notus. Propertius. Quinq; rosas die itis late candētibz ambit
¶ Cosæ/ cosarū oppidum thuscie. Vergi. x. aneid. Quinq; vrbein liquere cosas
quis tela sagitte. ¶ Dosīs/ græca dictio latine donū explicatur: sed in sola sere
compositio est: vt antidosis. i. retributio antidotum est medicina data contra
ria morbo. Cachardosus. i. malū donū. ¶ Nosos/ græce morbus latina voce
dicitur. Lucre. li. v. Sit tibi corda nosos si corpus pestis adurit. ¶ Osiris/ nomē
idoli apud ægyptios quod i specie canis colebatur. Seduli. de trāsfor. Sublimi
cecidit so no latrator osiris. ¶ Posidū/ vrbs nomē i lybia ego aut p treis sylle
bas cogente versus syncopate in textu ptuli. sicut Corneli. de vi. alex. q ait. Nec

Posui.

Mosa.

Posides.

Rosa.

Cosæ.

Dosis

Nosos.

Osiris.

Posidium.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

Mosella posidi muros nec martia castra reliquit. ¶ Mosella nomen fluij gallie. Ausonius in epygramatibus. Largus tranquillo perlabitur amne mosella.

Documentum.

Anceps mosini: proserpina: prosa: cosira.

Mosini. ¶ Quattuor diſtiones in textu primam ſyllabam habent cōmunem. ¶ Mosini populi aſie. Tibulus libro. iij. Quaq3 hebrus tanaiſq3 getas rigat atq3 moſinos. Priſcianus in perthegeſi. Moſiniq3 domos prebet quis lignea teſta. ¶ Proſerpina eſt plutonis vxor & infernalium regina. Vergilius. j. georgi. Nec repetita ſequi curat proſerpina matrem. Seneca in hercule furente. Vidiſti ſicule regna proſerpine (verſus eſt aſclepiadeus) ¶ Proſa ſoluta oratio. Auſonius de numero ternario. Proſa aſia in cauſis numero inuitata cororhū. Lucilius libro. ix. Tu pede ſiue proſa ſaris tibi palma relicta ē. ¶ Coſira vrbs & inſula aſhrice. Silius libro. xiiij. Et bellare thebas docilis coſiraq3 parua. Ouidius. iij. faſtorū. Fertilis eſt melite ſterili vicina coſire.

Differentia.

Ros roris longat tibi: ſed roſeus roſa curtat.

Roseus ¶ Roſeus roſea roſeum. a nomine ros roris eſt rore aſperſus & primam producit. Vergilius. vii. aneidos. Qui nomen vr̄bem qui roſea rura velini. ¶ Sed roſeus roſea roſeum a nomine roſa roſe eſt rubicūduſ & pulcher. vel habens materiam roſe & eandē corripit. Vergilius. j. aneidos. Dixit & auertens roſea ceruice reſulit. ¶ Dic ergo puer. Eſt hortus roſeus quem roſeus inbuit humor.

Differentia.

Bibliopola rapit primam ſoſius: cocus effert.

Soſius. ¶ Soſius vel ſoſias nomen bibliopole ſiue librarij primam corripit. Horatius de arte. Hic meret æra liber ſoſijs hic & mare tranſit. ¶ Sed ſoſius vel ſoſias nomen ſubtilis coci eandē producit. Ennius. Fercula qui laute ſubducit ſoſius adit. Vtrunq3 cuſtos & conſeruator explicatur. ¶ Dic ergo puer. Iſta libenter edunt ſoſij que ſoſia condit.

O: ante: t: in primis.

O/ ante/ t. O: t: breue eſt: protos: totus: duc noteo: lotos:

Otides/cote/doto/photis/quoq; poto.

So ther / cum iota / votum / vel fotis / & illa.

Quę duo consona præmittunt crotalum inde proteruus.

Co/ante/t/ī primis breuiatur vt quoties/toties/quotus/quota/quotū &c.

¶ Excipiuntur primo omnia composita a protos. i. primus vt protegenes. i. primus in genere ptomartir. i. primus testis ptographus. i. primus scriptor. &c. ¶ Sequendo excipiuntur duodecim dictiones in textu. ¶ Totus/total

¶ Sequendo excipiuntur duodecim dictiones in textu. ¶ Totus/tota/
totum/adieciuum fatis notum. Perius faty.v. Supplicet accedam si totus &
integer illinc. ¶ Noteo notes/notus/fum: sicut notefco/notefic/notre fic

Totus:

Notes:

Lotis.

Otides.

Cote.

Date.

Phoris.

Poto.

Sother:

Iota.

Volume.

Sotis.

Crotalīn

Proterum

Documentum.

Quotidie lotium recte mutare valebis.

¶ Due dictiones in textu primam syllabam habent communes. ¶ Quotidie Quotidie.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

Lotium.

aduerbium satis notum. Baptista in Buccolicis. Quotidie magis atq3 magis crescebat in horas. Martialis in epygrammatibus. Bafia longis quotidie sunt labris (Scaſon eſt) vbi quotidie primā corripere manifeſte deprehendis. ¶ Lotium vrina. Catullus ad agnatiū. Hoc te amplius loti bibiſſe predicet/loti p lotij (Scaſon eſt). Tibullus Teſticulos male curatos mihi lotium oburit.

➤ Differentia.

Mobile producens: fixum nothus abbreviabo.

Notus.
Nothus.

¶ Notus nota notum participium a verbo noſcor/ noſceris priorem longat. Verg. j. Aeneid. Sum pius æneas fama lup athera notus. ¶ Sed nothus ſubſtantiuum nomen ſiue pro vento ſine aſpiratione: ſiue pro illegitimo (quem barbari baſtardum vocant) cum aſpiratione eandem breuiat. Verg. j. Aenei. Tris notus arreptas i ſaxa latentia torquet. Idem. vij. Aeneid. Suppoſitos de matre nothos furata creauit. ¶ Dic ergo puer. Sum licet ipſe nothus/notus ē ſemper mihi notus.

➤ O/ante/u/in primis.

O/super/u/breuias: duc pro/nouania/& ouum.

Nouania.
Ouum.

¶ O/ante/u/in primis corripit vt/ouis/ouo/ouas/ouile/ &c. ¶ Excipiuntur. Primo compoſita a pro ſicut prouincia/prouenio/prouentus &c. ¶ Sequendo. Excipiuntur due diſtiones in textu. ¶ Nouania dea & appulia oppidum. Verg. de culice. Hinc pingues aperit late nouania campos. ¶ Oū ſatis notet Horatius ſatyra. ij. ij. lib. Longa quibus facies ouis erit illa memento.

➤ Differentia.

Verbum tu breuias: ſed nomen protrahis ouo.

Ouo.

Ouo.

¶ Ouo/ouas verbum neutrum eſt gaudeo gaudes de habita victoria & priorem corripit. Vergi. in coppa. ¶ Vehementer ouat: tam debiliſor miſer heſit. ¶ Sed ouo dandi auferendi ve caſus eandem producit. Propertius. Parcere ne cures mandit non amplius ouo. ¶ Dic ergo puer. Mi prolato ouo nō vehementer ouo.

➤ O/ante/b/in medijs.

O/ante. b.

O/B/breue eſt medijs: october/ ſiue canobus.

Ambobus/longobardi/vel iobe/duobus.

Recte produces vtrobiq;/siue iacobus.

¶ O/añ/b/in medijs corripitur vt approbo approbas improbus improba/improbu
improbo improbas &c. ¶ Excipiuntur octo dictiones in textu. ¶ October
octobris nomen mensis. Lucretius libro sequundo. His primis ad me venias
octobribus horis. ¶ Canobus oppidum ægypti. Catullus in epygrammatis.
Grata canobis icola littoribus. ¶ Ambobus datius/vel ablatius satis no
tus. Vergilius sequundo Aeneidos. Vna salus ambobus erit mihi paruus iu
lus. ¶ Longobarbi populi italie. Baptista de exhor. Hinc longobardas acies
in prelia mittit. ¶ Iobus proprium viri quod stulti per vnicam syllabam pro
ferunt. Prudentius de iudeis. Non ita monstrabat quondā mansuetus iobus.
¶ Duobus datius vel ablatius satis notus. Propertius. Nil vereare salus
vna duobus erit. ¶ Vtrobiquz aduerbium satis notum. Lucretius libro. iij.
Quid petis ista loquar satis hæc vtrobiqz fulgent. ¶ Iacobus hebreu nomē
per quattuor syllabas latine supplantator explicatur. Claudianus in epygram
ma. Ne laceres versus dux iacobe meos.

October.
Canobus.
Ambobus
Longobar
di.
Iobus.
Duobus.
Vtrobiquz.
Iacobus.

¶ O/ante/c/in medijs.

O/c/rapis: sed barbaricum/producitur/ocus:

O. ante. c.

Quando triochalla/hinc exocitus ociniumqz.

¶ O/ante/c/in medijs breuiatur vt apocope e3oropen metropolis &c. ¶ Ex
cipiuntur. Primo omnia barbara(.i. neq3 latina neq3 græca) q in ocus exeunt
vt iodocus guinocus phrinocus &c. Dico autem barbara: quia græca breuian
tur: sicut laodocus demodocus metrodocus &c. ¶ Sequundo. Excipiuntur
composita ab abuerbio quando vt quandocumqz &c. ¶ Tertio. excipiuntur
due dictiones in textu. ¶ Triochalla oppidum libie. Silius lib. octauo. Mar
te Triochallam vnanimis pressere furenti. ¶ Exocitus fluuij nomen in Asia.
Ibillus libro vltimo. Hæc rapidis circuz lymphis exocitus ambit. ¶ Quar
to excipiuntur omnia quæ in ocinium exeunt vt latrocinium/lenocinium/ty
rocinium &c. quibus ex longis deducta coniunges: sicut negociuz latrocinor
naris patrocinator naris &c.

Quando.
Triochalla
Exocitus.

¶ O/ante/d/in primis,

Ante/d/corripis/o/botrodum/erodio/epodos,

O. ante. d.

Emoda/herodes/custos/rapsodia/produc

Emodus: vel nebrodes: glicerodes istis.

Thermodon iunges & que dabit ode vel odes.

Botrodum **O** ante d in medijs corripitur vt epodus/epodium/ephodium. &c. **E** Excipiuntur primo vndecem dictiones in textu. **Botrodum**: oppidum celtiberie. Statius in lyluis. Botrodo mittente manus fugere gygantes. **Erodio**: nis. vel erodi⁹ erodij. nomē auis quæ in durissimis montū rupibus nidificat. **Epodos** Martia. in epygrā. Plurim⁹ ābibat vestros erodio colles. **E** Epodos epodi carmē est heroicū p̄cipalis cantus latine explicatur. A utonius in epygrā. Dactylicos elegos coriambum carmen epodos. **E** Emoda emode nomen oppidi in thessalia. Valerius flaccus lib. vj. iungit opes emoda iuas sua signa sequuti. **Herodes** **H** Herodes generale nomen regū galilee. Baptista. iij. partheni. maria. Iam fexus herodes fato sublatus ad vndas. **Custos** **C** Custos custodis & quicqd inde venit sicut custodia custodio. &c. Horatius de arte poetica. Imberbis iuuenis tandem custode remoto. **Rapsodia** **R** Rapsodia nomē vrbis & fluij in lybia. Lucilius lib. sexto. Tandem magnanimas vires rapsodia tollit. **E** Emodus emodi nomen montis in thessalia. Priscianus in perihegesi. Quos capit emodo missos gangetica monte. **Nebrodes** **N** Nebrodes nomen montis in lybia. Vnde hymera fluius prodit. Silius libro. xiiij. Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis. **Glicerodes** **G** Glicerodes glicerodū populi dulce canentes. Baptista in epygrā. Nonne superuacuas dabo glicerodibus aures. **Thermodu3** **T** Thermodon fluius thracie. Vergilius. ix. anei. Quales thracie quū flumina thermodōtis (Spōdaj⁹ ē ver⁹) **S** Sequūdo excipiuntur composita ab ode. i. cantus & odes. i. formati sicut melodes melodica hylarodus. &c. Itē geodes capuodes thiodes. &c.

O: ante: f: in medijs.

O: ante: f. **O**: super: f: breuiant medie si comperiatur.

O: ante: f: in medijs corripitur. sed inuentu rarissimum est vt dinofus astrofus/philofotius. & c. quæ tamen & hæc per ph/aspiratum scribi possunt.

O: ante: g: in medijs.

O: ante: g. **O**: g: rapis: sed que veniunt a nomine: goge:

Et tolostobogi octoginta ducere debes.

O: ante: g/ in medijs corripitur vt syllogismus/technologus/aretophogus. &c. **E** Excipiuntur primo composita ex nomine goge. i. ductio sicut pedagoge.

agogus/siagoges/synagoga.&c.¶ Secundo excipiuntur due dictiones in textu
¶ Tolostobogi feroces populi indie. Philadelphus saty. x. Non tolostobogi tan Tolostobo
ta rapiuntur in igne. ¶ Octoginta numerale nomen barbari: octuaginta & gi.
octuagimus dicunt. Lucilius libro. vij. Octoginta palam profers vel ten- Octoginta
de meatum.

¶ O: ante: l: in medijs.

O: super: l: breuia: que solor: poleo. colos:

O/ ante: l:

Et solymi: donant mediolanum: atq; cymolus:

Aetholus: pactolus: acoluthus: parenolus:

Prestolor: subfolanus: capitolia: dictis

Idolum: mansoleum: geolophus: addes

Producenda phonolenides: coniuge tymolus:

¶ O/ ante: l/ in medijs breuiatur vt neapolis/ metropolis/ pentapolis. &c.

¶ Excipiuntur primo composita quattuor primarum dictionum in textu.
que sunt ¶ Solor. vnde cosolor/ desolor/ subsolor. &c. ¶ Poleo id est vedo. vñ
bibliopola librorum/ farmacopola medicaminu/ myropola vnguëtorum ven
ditor. &c. ¶ Colos. i. membru. vnde monocolos vnus membri. dicolos duo-
rum membrorum. tricolos tethracolos triu quattuor ve membrorum car-
men. &c. ¶ Solymi solymorum: vrbs iudee Hierusalem dicunt. vnde hieroso
limitanus/ hierosolimitata. Hierosolimitanor aris. i. iudaïso iudaïsas. &c.

Solor.
Poleo
Colos

Solymi

¶ Sequendo excipiuntur quattuordecem dictiones in textu. ¶ Mediolanum
oppidum longobardorum. Ausenius in epygra. Et mediolani mira omnia co
pia rerum. ¶ Cymolus cymoli: oppidum thessalie. Ouidius. vij. libro metha
morphoseos. Hinc humilem myconon certosaq; rura cymoli. ¶ Aetholus
populus atholie in gracia & in campania. Vergilius. xj. æneid. Non erit auxi
lio nobis aetholus & arpi. ¶ Pactolus fluuius arenas aureas couoluens. Si-
lius lib. j. Hinc certat pactole tibi duriusq; tagusq;. ¶ Acoluthus gracia di-
ctio sacer famulus latine explicatur. stultum vulgus acolytus per/ y/ græcum
in tertia syllaba profert. de quo in confessionali nostro plura dicimus ex bea-
to hieronimo. ¶ Parenolus modicus est vermis cancrum mortificandi sui
vicinitate virtute habere dicitur. Theretianus. Nec simplex parenol⁹ erat sub
viscera cæcos. ¶ Prestolor aris. est expecto expectas. Corneli⁹ de vita alexa. In
studijs vehemens nõ prestolatur hiantes. ¶ Subfolanus vetus qui oriente so
le suboritur. Lucilius libro. vij. Nõ subfolani boree non spectat ad ortum.

Mediolanū

Cymolus.
Aetholus.

Pactolus
Acoluth⁹.

Parenolus

Prestolor.
Subfolan⁹

¶ Capitolum romanu palatiū. Vergi. vj. ænei. Ille triumphata capitolia ad

Capitoliu3

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

Idolum alta coryntho. ¶ Idolum simulacrū diminutiū est idoliū. Baptista in pane gyrico roberti. Verū etiā qui vana sacris idola prophanis. Sedulius de iudeis
Mansoleū. Vestraq tartareos claudunt idolia manes. ¶ Mansoleum sepulchrū maxime arduū quale mansolus in assyria constituit. Martialis in epygrā. Aere nec vacuo pendentia mansolæ. ¶ Gaolophus terre examinātor & doctor. Lucretius libro nono. Cursibus assiduis hortos gaolophus ambit. ¶ Phonolendes phonolende populus assyrie. Ouidius. xij. methamorphoseos. Inde phonolenden pater obrūcabat ad aram. ¶ Tymolus: mons sicilie in quo optimus crocus nascitur. Ouidius. vi. methamorphoseos. Deseruere sui nymphe vine: ta tymoli. Si vsq̃ aliter reperis Tymolus periduas syllabas debet proferri. Vt apud cundē decimo methamorphoseos. Iudice sub timolo certamen venit ad impar.

O: ante: m: in medijs.

O/ ante/ m O: super: m: curta: longis deducta morando

Et cynamomus: anomalus: vel ithomus ithome.

Ac neutrum: thome: hippomanes vel sodomū aberce.

¶ O/ ante/ m/ in medijs corripitur vt hedomada/ rephomus/ abdomius. &c.
 ¶ Excipiūtur prio ex logis deducta sicut cognome/ pronomē/ binomius. &c.
Cynamo- ¶ Sequēdo excipiūtur quattuor dictiones in textu. ¶ Cynamomus: auicula nomē que similitudine merule habet. Theretianus. Pro merula stultis manibus capitur cynamomus. ¶ Anomalus anomala anomalū. irregularis & discolor. Baptista de gonfaga. Ferit anomala ceruice petisse trophæū. ¶ Ithomus nomē mōtis. Catullus in epygrā. Vnigenāq̃ simul cultricē mōtis ithomi. ¶ Ithome ithomes alta turris in vrbe messenia. Papinius. iij. thebaid. Planāq̃ messene montanaq̃ nutrit ithome. ¶ Tercio excipiuntur nomina neutra quæ habet/ o/ añ/ m/ vt amomū/ cynamomū/ ichnomū. &c. ¶ Hinc rursus demuntur omnia composita a thome. i. incisio vt epithoma epithomas tum. ydioma ydiomatum. &c. ¶ Sic & hippomanes multiplex venenum. Vergilius. ij. georgi. Hippomanes vero pastores nomine dicunt. ¶ Sodomū vel sodoma vna quinq̃ vrbiū quas deus propter peccatum contra naturam adenti sulphure percussam in abyssum vsq̃ ad viscera inferni precipitauit. Prudentius de fide catholica. Sodomū in extremos cecidit crudeliter ignes.

Documentum.

Norma cenomani variās gaometra iungit.

¶ Due dictiones in textu/o/ante/m/variāt. ¶ Cenomani populi gallie qui & Cenomani cenones appellantur Robertus guaguinus. Ah frustra obloqueris cenomani principis aulam Baptista de exhor. Cenomani acres & non ignobile semen ¶ Geometer vel geometra terre mensurator. Tibullus. Non fuit his geometra plagis qui quereretur inu3. Lucilius libro.xj. Quicquid erat dubij doctus geometra tollit. De hoc habes etiam in primo libro. In regula, de/i/&/o/in cōpositione.

Geometer

¶ O:super:n: in medijs.

O:super:n:longans recte cremēta notato.

O/ante/m

Axona:et alcyone:vel erichthonius chioneq;

Coctana:ballonothi:mycone:vel māmona produc

Hippona:geryones:simul eionides:aponusq;

Xantonus:harmonies:aconitū:vel proconesus:

Diufona.ioniū:atq;paretoniū:quoq;pauon

Ceronium:vel meriones:manonyxq;peletrum:

Mazonomū:atq;carōtonius:phonos:& gony iunges.

¶ O/ante/n/in medijs producit vt antiphona/persona/symphonia &c. Hic autē diligenter notanda sunt quę de cremētis noim terminatorū in/o/vel in on diximus quia quedā producuntur sicut leo leonis. sermo sermonis. burdo donis.&c. Quedā vero breuiātur sicut demon demonis. anon anonis. pauon pauonis.&c. quę ex cremētis facile possunt dignosci preter hec tamē. ¶ Excipiuntur primo viginti sex dictiones in textu. ¶ Axona regio quam nūc saxonia dicitur. Martialis in epygrā. Oibus his cuneis axona mater erat. ¶ Alcyone alcyones vel hec alcyones alcyonis. marina ē volucris quę in altissimis rupibus nidificat. Ouidius. xj. methamorphoseos. Incubat alcyone pendens equore nidis. ¶ Erichthonius gygantis nomen. lis terre interpretatur Ouidius. ij. methamorphoseos. Pallas erichthonium prolem sine matre creatam. ¶ Chione chiones nomen meretricis apud corynthios. Martialis in epygramatibus. Compositos mittit chione tibi pulchra libellos.

Axona.

Alcyone

Erichthonius

Chione

¶ Coctanum coctani siccatum prunum vel ficus. Martialis in epygrammatis. Paruaq; cum canis venerunt coctana prunis. ¶ Ballonoti: populi

Coctanū.

Ballonoti.

f ij.

Petri Pō. Cēci Bru. In Artē Ver.

nificium/sanificiū/carnuferiū.&c. quæ tamē multi per/i/proferunt nec pe-
nitus damno.

¶ V:ante:g:in medijs:

V/ante/g.

V:g:longabo nisi de breuibz capiatur.

¶ V/ante/g/in medijs longatur vt lanugo/sanguisuga/&c. ¶ Exci-
piuntur

quæ ex breuibus composita sunt sicut cōiugo coniugas, cōiux coniugis, con-
iugiā cōiugij, &c.

¶ V: ante: l: in medijs.

V: super: l: breuiā: getulus: adolor: adulens:

V/ante/l.

Quis apulia: aculeolus: bethulia: iunges

Portulaca: parulis: siue peculia: produc

Et que dant bule: dolos: aut vlis: & vlum.

¶ V/ante/l/ in medijs corripitur vt singulus singula singulus, figulus figula
figulum, singulo singulas, &c. ¶ Excipiūtur primo nouē dictiones in textu.

¶ Getulus ia. lū. est aphyricanus cana. cana. Na getulla pars est aphyricæ. Mar
Getulus
Adolor.
tialis li. x. Tecū ego vel fici getula mapalia porci. ¶ Adolor laris. vel vt antiq
dicebāt adulo adulas est bladior bladiris. Bapti. in lyluis. Nescit adulari miser
explaudet ab aula. Anien⁹ in arato. Cœrul⁹ accedes diti loca flumine adulat.

¶ Adules adulētis vel adulescens adulescētis. est adhuc crescens qui puber-
Adulens
tatis annis nō excessit. Vergi. in ciri. At leuis ille deus cui semp adulescentu
(Versus est spondaicus) Alij autē adolens ab adoleo adoles. & adulescens ab
adolesco adolesciscis sequunda correpta proferre malunt quos minime vitupero

Vergilius quippe ait. ij. georgicorū. At cum prima nouis adulescit frondib⁹
atas. ¶ Apulia apulie regio italie. Horatius saty. v. Incipit ex illo montes
Apulia.
apulia notos. ¶ Sed appulus appula appulum. (.i. natus in apulia) mediā sem
Appulus
per breuiat. Persius saty. j. Nec lingue q̄tum sitiat canis appula tantū. ¶ Acu
Aculeolus
leolus li. diminutium ab aculeo. sed pro acaliculo siue intestino quo iordes
per posticum eijciūtur recte solet accipi. Martialis lib. ix. Latus aculeolus nō
hunc aperitur in vsum. ¶ Bethulia bethulie: regionis nomē in gallia. Bapti-
sta de exhortatiōe. Partibus oppositis pharetrata bethulia currit. ¶ Portula-
ca nomen herbe. Macer de virtutibus herbarum. Andrachnes græce que por-
tulaca latine. ¶ Hæc parulis parulidis tumor ginginarum circa dentes. Qui-
dius in epistolis. Faucibus in mundis multa parulis erat. ¶ Peculiū possessio
nis cumulatio & proprie pecudum & pecuniarū. Vergilius in buccolicis. Nec
spes libertatis erat nec cura peculi. ¶ Sequēdo excipiūtur composita a bule
bules. dictiōe græca. i. cōsiliū vt charobulus/archibul⁹/paribulus. &c. ¶ Ter-
tio. Excipiūtur composita a nomine græco dolos. i. seruus vt philodulus/theo-
dulus/pseudodulus. &c. ¶ Quarto. Excipiūtur deriuata in vlis vel in vliuz si-
cut currilis/tribulis/ebulis. &c. farulū/edulū/parothulū. &c.

Bethulia
Portulaca,

Parulis.
Peculium,

¶ D ocumentum.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.
Torcular: cuculus: zabulones: carmina mutant.

- Torcular** ¶ Tres dictiones in textu mediam syllabam habent communem. ¶ Torcular torcularis. prelu3 in quo vne torquetur. Lucretius lib. ix. A spera vina nouis e torcularibus vđant. Sedulius lib. iij. Torcular accedat si vis gustare hieum.
- Cuculus** ¶ Cuculus auis que sua ova in alterius nidu3 ponit. translatiue vero est adulter qui alterius vxore subigit est & genus capputij & papiraceu3 illud in quo aromatarij suas species venditas inuoluūt. Martialis in epygra. Sepe mihi libuit voces audire cuculi. Idē Quis per plures cuculus cantauerit annos.
- Zabulones** ¶ Zabulones: sunt populi apud habreos quorum ductor zabulon aliquando dictus est pro maligno spiritu tamen id nominis in sacro eloquio plerumq3 accipitur. Prudentius de Iudeis. Inde zabulonis florentia tura peragrat. Iuuen-
cus de euangelij3. Maxima florigero zabuloni gaudia prōpūt.

V/ante/m/in medijs.

V/ante/m. V:super:m:produc:mentum breuibuscq;relata

Autumo: cum cucuma: columen: lucumo: cacumiscq;

Irumo: crustumium: vel crustumeri: emolumentum:

Posthumus: incolumis: columella: hinc demere debes.

- Autumo.** ¶ V/ante/m/in medijs sōgatur vt legumē, acunē, argumentū. &c. ¶ Excipiuntur primo nomina in mentum quę a verbo sequēde cōiugationis descēdunt vt documentum a doceo. Nocumentum a noceo. Monumentum a moneo. &c. ¶ Sequēdo excipiuntur illa quę ex breuib3 manifeste deriuantur, vt decumus a decimus cōtumax contumelia a turneo. &c. ¶ Tercio excipiuntur duodecem dictiones in textu. ¶ Autumo autumas est exissimo siue resputo. Horatius. ij. sermo. Autumat hęc populos hęc magnos formula reges caslide conseruantur. Martialis lib. x. Extruxit cucumam fecit otacilius. ¶ Columen columinis cuiuslibet rei sustentaculum. Silius lib. xv. Ausonij columen regni pulcherrima proles. ¶ Lucumo lucumonis populus thulcie. Ausonius ad theonem. Anticyramq3 bibas famij lucumonis acumen. ¶ Cucumis vel cucumer huius cucumeris legumen ex cuius granorum tegminib3 lagene peregrinis non parum apte conficiuntur. Vergilius in coppa. Et pendet iunco ceruleus cucumis. ¶ Irumo irumas. rem inhonestā & relatu indignā facio. Martialis lib. ij. Quę faciat duo sunt irumat aut fuit. Verum hunc queso honeste lector auditoribus ne aperias. Nos autem arte sic exigēte nōhil pretermittere oportet. ¶ Crustumium oppidum & fluuius italic. Lucanus

lib. ij. Crustumūq; rapax & iunctus sapis isauto. ¶ Crustumeri crustumerorum. populi italic quorum oppidum crustumerum singulariter dicitur. Vergilius. vij. aeneid. Ardea crustumeriq; & turrigere autemne (Spondaicus est versus) sine obseruatione synalepha. ¶ Emolumētum emolumentū. vtilitas vel premiū. Iuuenalis satyra tertia. Nullus in vībe locus nulla emolumenta laborū. ¶ Posthumus mi. is est qui post humatum patre nascitur. Vergilius. vij. aeneid. Siluius albanum nomē tua posthumā proles. ¶ Incolumis fortis & sanus. Horatius de arte poetica. Incolumi grauitate iocum tentauit eo q. ¶ Columella maior e duobus domini famulis. Lucilius lib. iij. Lucili colūmella hic situs metrophones (Versus est penthameter) sed littera /s/ in dictio ne situs supprimitur.

¶ V: ante: n: in medijs.

V: super: n: longum est: hinc albunea: albunecarq;

V/ ante/ n.

¶ V/ ante/ n/ in medijs producitur vt lacuna/ lacunar/ lecinus. &c. ¶ Excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Albunea montis & fontis nomen in latio Vergilius. vij. aeneid. Cōsulit albunea nemorū quē maxima sacro. ¶ Albunecar albunecaris generale nomē regum hybernie. Baptista de exhorta. Albunecar niueis acies superare quadrigis.

Albunea
Albunecar

¶ V/ ante/ p/ in medijs.

(Nimar supium: arupinus) vox corripit: v: p:

V/ ante/ p.

¶ V/ ante/ p/ in medijs breuiatur vt vpupa/ xupus/ ceturupe. &c. ¶ Excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Marupiu: grandior pecuniaria crumena pprie mercatorum. Prudentius in plicomachia. Conspicias tineis etiam marupia crebris. ¶ Arupinus populus macedonie. Tibullus lib. iij. Ictis arupinus & pauper natus in armis.

Marupiu
Arupinus

¶ V: ante: r: in medijs.

V: super: r: produci: hinc auxurus: & amuratus:

V/ ante/ r.

Centurupe: ligures: lemures: biturix: camurusq;

Decurio: vel centurio: saturo quoq; vultur:

Purpura: mercurium: masurus: tugurum: saturea.

v ij.

Saturius /atura/& quæ dant/rio/demere debes;

Duco scaturit/vel cucurit/siue ligurit.

- Auxurus.** CV/ante/r/in medijs longatur vt pœnuria æthyruria iturei &c. ¶ Excipiunt. Primo decem & octo dictiones in textu. ¶ Auxurus sine nouacula latine interpretatur quo nomine dictus est iuppiter in italia qui sub forma imberbis iuuenis colebatur. Vergili. vij. Aeneid. Cyrcemq; iugum quis iuppiter auxur? aruis. ¶ Amuratus populus hongarie. Baptista de exhorta. Iura dabat populis quondam fortes amurati. ¶ Centurupe oppidum sicilie. Lucre. li. ix. Centurupe magnas hinc explicat ardua vires. ¶ Ligur vel ligus huius liguris populus cuius metropolis genua nūcupatur. Papinius in syluis. Alta pharetrati ligures ad mœnia currunt. ¶ Lemur lemuris malignus est spiritus q nocturna fantasmata hominibus generat. Priscianus in perihægesi. Atq; malos lemures quod pellit munus iaspi. ¶ Biturix biturigis/vel biturus/ bituri populus gallie. Lucanus li. j. Et biturix longisq; leues axones i armis. ¶ Camurus/camura/camurum. Incuruus /incurua/ incuruum. Anienus in arato. Sic camurus ardet ptractibus haud tibi signis. ¶ Decurio princeps & rector decem curionum qui magistratus erant apud Romanos. Propertius. Nō mihi sunt magni decurionis opes. ¶ Centurio capitaneus: qui centum milites sub se habet. Persius saty. iij. Hic aliquis de gente hyrcola centurionum. Centuria vero est ipsa turba centum militum. Sidonius in. iij. panegyrico. Nō tibi centurias aurum populare parauit. ¶ Satureo /saturus/ satura est satio/vel impleo. Verg. j. Georg. Nec saturare fimo pingui pudeat sola neue. ¶ Hoc vultur vultur vulturum vulturij: & hic vultur/vulturis/ pro eadem aue. dicis eadem etia; p̄tate seruata. Tibullus. Vulture plumoso cetera turba fugit. Catullus Sulcit & cano vulturium capiti. Ennius vulturis in syluis miserum mandebat hominem. ¶ Purpura purpure preciosus pannus quo soli imperatores & consules solebant indui. Sedulius lib. iij. Contractum rutilans occultat purpura crimen. ¶ Mercurius nomen felicitis planetæ & dei qui nuncius deorum esse fingitur. Persi. satyr. vj. Sum tibi mercurius/venio deus/huc ego/ut ille. ¶ Masurus vel masurius generale nomen iuriscōsulū. Persius satyra. v. Excep̄to si quid masuri rubrica vetauit. ¶ Tugurium tugurij/quod per treis syllabas versus gratia in textu p̄fero/est pastoralis casula siue domūcula. Vergi. in Bucco. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. ¶ Hæc saturea satureæ sine plurali vel hæc saturea satureorum sine singulari nomen est herba q̄ tymbræ similitudinem refert. Colum. lib. xj. Et saturea thymi referens tymbreq; saporem. Martia. lib. iij. Improbæ nec profunt iam saturea tibi. ¶ Satureus nomen fuit decurionis cubiculariorum domitij: sed pro quolibet magnifico & superbo recte sumitur. Marti. lib. iij. Satureosq; modos p̄theniosq; sonas. ¶ Satura sature oppidum lybie. Lucre. libro. xj. Exiguam nec tu saturam aspernabere princeps. ¶ Sequendo excipiuntur verba quæ in rio excūnt & quicquid inde deriuatur: vt esurio parturio lecturio luxurio &c. Sic esuries luxuria vel luxuries micturio &c. ¶ Hinc tñ rursus tria demuntur. ¶ Scaturio

scaturis abunde fluo. Prudentius de diuinis mysterijs. Petra dei iussu potum largita scaturit. ¶ Cucurio cucuris proprium est cantantis gali. Ouid. de phi somela. Cucurire solet galus/galina gracillat. ¶ Ligurio liguris est delicate & cum morositate quadam manduco vt solent in magnis conuiuijs seniores Horati. ij. sermo. Tractauit calicem manibus dum furta ligurit.

¶ V/ante/s/in medijs.

V/super/s/longum est: sed brundisium/perusinus.

V. ante. s.

Blandisia atq; ebusus/vel cadusij/sociando.

Et canusum breuia: venusinus rite mouetur.

¶ V/ante/s/in medijs producitur vt medusa/creusa hierusalem &c. ¶ Excipiuntur septem dictiones in textu quarum vltima variatur. ¶ Brundisium/brundisij appulie oppidum. Horati. saty. v. Brundisium longe finis chartaq; vieq;. ¶ Perusinus perusina/perusinu est athruscus/ca/cuz. Propertius. lib. j. Si perusina tibi patrie sunt nota sepulchra. ¶ Bladisia pagus sabinoru in quo possessiones suas horatius habebat cuius ita loquitur lib. tertio carmi. O fons blandisæ splendidior vitro (versus est asclepiadeus) ¶ Ebusus insula aphrice Silius lib. iij. iamq; ebusus phoenissa mouet: mouet artabus arma. ¶ Cadusij populi macedo. Priscianus in perihesei. Post hos cadusij pinguisima rura colentes. ¶ Canusum canusij oppidum italie. Horatius saty. v. Nam canusi lapidosus aquæ nõ ditior vna. Vbi apocope est canusi pro canusij quã & in textu versus seruari voluit. ¶ Venusinus venusina venusinum est daunius/daunia/dauniu: vel horatianus/horatiana/horatianum. Nam venusia daunioru fuit colonia in qua & horatius natus atq; conuersatus creditur. Iuue. saty. j. Hac ego nõ credã venusina digna lucerna. Idẽ. vj. Malo venusina q̃ te cornelia mater.

Brundisiu.

Perusinus.

Blandisia.

Ebusus.

Cadusij.

Canusum.

Venusinus.

¶ V/ante/t/in medijs.

V/t/longabis: nisi defruta/vel diuturnus

V. ante. t.

Arbutus/ac callistrutia/& quæ curta reponunt.

¶ V/ante/t/in medijs longatur vt aſutum argutus preputium & omnia cõposita a futo futas: sicut p̃futo/infuto/refuto &c. ¶ Excipiuntur. Primo quatuor dictiones in textu. ¶ Defrutum est dulcis potus quem claretuz exustu multi vocant. Propertius. Dulcia iucundus defruta potus erit. ¶ Diuturnus per quattuor syllabas est multum diuq; durans. Ouidius in ibin. Corpore lustrauit non diuturna suo, reliqua tamen composita a diu rectius producuntur

Defrutum.

Diuturnus.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

Arbutus,
callistrutia

sicut diutius/diutinus/diutina/diutinum &c. Prius namq. Vergilius sic ex-
tulit in diris. Prima foret Ietho mihi vita diutius esset. Posterius vero prudē-
tius ita enunciauit. In piscomachia. Dese&am maculat. tibi fama diutina mē-
tem. ¶ Arbutus species arboris. Vergilius sequundo Georgicorum. Inferi-
tur vero ex sætu nucis arbutus horrida (Versus est hypermethet). ¶ Callis-
trutia nomen herbæ. Columella libro nono. Nec callistrutiam tu de radi-
ce reuelles. ¶ Sequundo excipiuntur quæ ex breuib. deducta sunt. Vt re-
puto percutio obrutus veluti sicuti &c.

→ V: ante: u: in medijs.

V, ante, u. V/super/u/breuiā/nec quicq̃ quere morandum.

¶ V/ante/u/ i medijs semper corripitur vt vesuuius lanuuius/ pacuius &c.

→ V/ in vltimis.

V. in vlti-
mis.

V/productum finis habet nihil excipiatur.

¶ V/in fine dictiōis semp̃ longat: vt Iesu/gelu/veru/cornu/manu/quercu &c.

→ De finalibus consonis.

De finalib⁹
consonis.

B/latijs curtans: peregrinis ducere debes.

¶ B/in fine dictiōis latine corripitur vt ab/ob/nob/iterie&io irridentis apud
plautum. ¶ Sed/b/in fine dictiōis peregrine & barbare semper longatur, vt
iob/iacob/aminadab &c.

→ C/in vltimis.

C.

C/duc:nec/donec/rape fac hic flexile curta

Nec.
Donec.

Fac.

Hic.

¶ C/in fine dictiōis producitur vt sic|dic/hormidat|fac &c. ¶ Excipiuntur
Primo due dictiōes in textu quæ semper corripuntur. ¶ Nec Martia. li. iij.
¶ Et nec in lybicis debuit esse iugis ¶ Donec. Silius lib. quinto. Donec ab-
dante diffuso sanguine late. ¶ Sequundo. Excipiuntur due alie dictiōes in
textu: quæ variantur. ¶ Fac a facio imperatiuus. Ouidius primo de arte poe-
tica. Hos fac armenios: hæc danacia persis. Idem tertio libro. Mille fac esset ioc-
cos turpe est nescire puellam. ¶ Et hic pronomen. Vergilius in bucolicis. Et
vitula tu dignus & hic & quisquis amores. Idem quarto Aeneidos. Solus hic

inflexit sensus animumq; labantem. ¶ Dico autem in textu flexile: id est declinabile pronomen: quia hic aduerbium semper longatur. Vergilius primo aeneid os. P osthabita coluisse samo hic illius arma. ¶ Præterea ne forte regula fallare deriuatiuorum quæ in vltimis rarerent locum habet q̄p hic pronomen variatur. Eius tamen obliqui sicut huic hunc hanc/hoc/hæc &c. & eius aduerbia sicut hic/istuc/illic/huc/istuc/illac/tantum producantur quæ pueri diligenter animaduertant.

q̄p adu? in longatur:

→ D/

D/semper breuia:nec/tu/demenda requiras

D.

¶ D/in fine dictionis semper corripitur: vt ad apud bogud/dauid, &c.

→ F/G/H/

F/simul/h/vel/g/vocalem rite sequuntur.

F/G/H.

¶ Tres cōsonantes/f/g/h/nihil habet pprie q̄titatis: sed regulas vocaliū quibus pxime adherent sequuntur: vt vah/ah/veperuh. De/f/autem/&/K/quod statim pretermittam nullum arbitror posse dari exemplū p̄sertim apud latinos.

→ L/

L/breuiat: sed sal/nil/sol/& hebrea morantur.

L.

¶ L/in fine dictionis corripitur vt animal fel vigil/consul &c. ¶ Excipiuntur Primo tres dictiones in textu. ¶ Sal salis condimentum eduliorum: vel dulcis quedam facundia. Sedulius de lectione euuangelica. Virginitas n̄tor argenti sapietia sal est. ¶ Nil syncopatū a nihil. Hora. i epist. Nil intra est olea Nil. nil extra est in nuce duri. Nihil tñ corripit. Vergi. ij. aenei. Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui. ¶ Sol solis vnus planetarū. Ouid. ij. Meth. Vlteri⁹ spatium medio sol altus habebat. ¶ Sequūdo excipiuntur hebrea q̄ i/l littera exeunt: sicut israel/gabriel/michael/raphael/vriel/nicol &c.

→ M/

M/breuiavit auus: sed nunc ellipsis ademptat.

M.

¶ M/in fine dictionis apud antiquos breuiatur: quia nulla collisionis regula erat. Nunc vero p̄ ellipsim colliditur vbi q̄titatis rō pōt discerni. Verg. j. aenei. Littora mustum ille & terris iactatus & alto.

N: N/produc/tamen/an/in/forſan/forſitan aſta.

Tamen ¶ N/in fine dictiōis producitur vt non/demon/ ſimon.&c. ¶ Excipiuntur
An. quinq; dictiōes in textu. ¶ Tame coniunctio ſatis nota. Ouidius in epiſto.
In Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. ¶ An interrogantis aduerbium ſicut
Forſan vtrum. Perſius ſaty. j. Naribus indulges an erit qui velle recuſet. ¶ In prepo-
Forſitan ſitiō ſatis nota. Sedulius li. iij. Quiſquis morboſo(vitam rege) degis in euo.
Forſitan ¶ Forſan & forſitan dubitatiōis aduerbia. Verg. j. xneid. Mittite forſan & hæc
Forſitan oliz meminiffe iuuabit. Baptiſta. j. parthenices mariane. Forſitan & noſtro le-
 tabitur ap̄h̄rica nexu.

➤ Documentum,

Quando:ne:queſitum finis capit eſt breuiandum.

Ne.

¶ Particula/ne/interrogatiue accepta elegāter in fine dictiōis cōponitur. tūc
 autem illud/n/in quod dictio terminatur debet ſemper breuiari vt viden. i. vi
 des ne/ audin. i. audis ne/ vin. i. vis ne. Sic/ men/ ten/ min/ ſaluan. &c. Vergilius
 vj. xneid. Educet viden vt geminæ ſtant vertice criſtæ. Lucilius libro. ix. Au-
 din ab extremo ꝑ̄tum tibi murmuret aure.

➤ Differentia.

Quod dat inis nomen breuia: ſecus eſt remorandum

¶ Nomē tertij declinatus terminatū in/n/litterā ſi habeat genitiuū in inis.
 vltimā corripit vt crimē/nume/hamē. &c. Sed ſi aliter habeat vltimā ſemper
 lōgat vt titan/pean/delphin/eleuſin/ren/lien/demon/canon. &c. Manilius lib.
 iij. j. Crimen vbiq; frequēs & laudi noxia iuncta eſt. Iuuenalis ſaty. v. Nullz
 numen habes ſi ſit prudētia verū. Lucreti⁹ li. ix. Sume precor titan & nos his
 eripe flānis. Ouidius in faſtis. Pean ipſe tuas onerabo lancibus aras. ¶ De
 his aut quæ in on/exeunt maxima inter grāmaticos eſt controuerſia quibus
 relictis oibus doctiſſimos imitare poetas qui ſemp̄ illa pducūt. Vergili⁹ nāq;
 in. j. xneidos ait. Sarpedon vbi tot ſimois correpta ſub vndis. Sic Ouidius. iij.
 methamorphoſeos. A cteon ego ſum dñm cognoscite veſtrū. Sic & Horati⁹
 in arte poeti. Perfidus ixiō ſo vaga triſtis oreſtes. Hęc ego cōtra meā conſue-
 tudinē plixiſcule muniui quia in hanc regulā tot latratus canū inſuſtare au-
 dias vt vix illorum dētes euadere poſſis.

➤ Documentum.

On terne/patriumq; moror: sed curto sequunde.

¶ Huius documenti tres sunt partes. ¶ Prima est nomē in on/ tertie declinationis vltimā longat vt elycon/eropion/cicron. &c. De quibus iam satis dictum. ¶ Sequūda est omnis pluralis genitiuus gr̄cus in on/quotecunq; sit declinationis vltimam producit. vt cimmerion pro cimeriorū/cpygr̄maton poematon/bacchanalion. &c. Tibullus lib. iij. Cymmerion etiam obscuras accessit ad oras. ¶ Tertia. Nomen in on/sequūdi declinatus vltimā corripit. vt glycerion/ilion/philorchion. &c.

♂ Differentia.

Quartus in:n: rectum sequitur quem rite notato.

¶ Accusatiuus qui in/n/litterā exit nominatiui q̄titatē retinet. Nam mene laon/orpheon/ibin. &c. vltimā breuiant quia menelaus/orpheus/sine diphthōgo) & ibis vltimā corripiunt. ¶ Item anchisen/ānean/penelopen/ vltimā longant. quia anchises anecas penelope eandem producant quā vna preceptio accuratissime practicanda est.

♂ P.

P: fini si quando datur tantum remoretur.

P.

¶ P/ in fine dictionis producit vt volup. i. voluptas. Ennius apud Aulum gelium lib. xij. Quo cum multa volup ac gaudia clamq; palamq;. ¶ Ioseph Ioseph. Prudentius de virginitate. Hic erat & formosus ioseph omnibus horis.

♂ R.

R: breuia lar. far: par: nar: fur: cur: quod in eris.

R.

Dat patrio: ac æther: aer: & iber: remorantur.

¶ R/ in fine dictionis corripitur vt calcar/ mulier/ martir/ soror/ murmur/ loquor &c. ¶ Excipiuntur primo sex dictiones in textu. ¶ Lar laris. familiaris deus. Ouidius quinto fastorum. ¶ Exagitant & lar & turba diania fures. ¶ Far faris. Ouidius. j. fastorū. Far erat & puri lucida mica salis. ¶ Par pararis huc adiectiū siue substantiuum. Lucretius in primo. Hec soliti sumus vt par est euenta vocare. ¶ Nar naris. fluuius italie. Vergilius septimo aneid. Sulphurea nar albus aqua fonteq; velini. ¶ Fur furis. Persius satyra prima. Fur es ait pedio pedius quid crimina rasis. ¶ Cur. Baptista de morte contem

x j.

Lar.

Far.

Par.

Nar.

Fur.

Cur.

Petri Pon. Cæci Bru. In Artem Ver.

Ether

Aer.

Iber

pñeda. Cur ita degeneras vt ames mortalia tantum. ¶ Sequendo. Excipiunt nomina in er/ quæ genitiui in eris penultima, longa terminant. vt ver veris. crater crateris. iother iotheris. panther pantheris. &c. ¶ Tercio excipiuntur tres dictiones in textu quæ licet genitiuum in eris penultima breui terminat, vltimam tamen nominatiui more aliorum pducunt. ¶ Ether etheris. celus vel splendor. Vergilius sexto aneidos. Largior hic campos ether & lumine ve stit. ¶ Aer aeris vnũ est quattuor elemetorum. Lucretius libro quinto. Ine de mare/ inde aer/ inde ether/ ignifer ipse. ¶ Iber iberis. populus hispanie. Ite alius armænie. Lucanus lib. vj. Si tibi durus iber aut si tibi terga dedisset.

Documentum.

Celtiber & que par componit corq; sit anceps

Celtiber.

Cor.

¶ Due dictiones in textu & composita a nomine par vltimam syllabam habet cõmunẽ. ¶ Celtiber celtiberis populus partim gallus/ partim hispanus. Sedulius libro. v. Celtiber istis riguit sub annis mare cruento (Saphicum e cū adonio) Martialis lib. x. Ducit ad auriferas q̃ mesalo celtiber aras. ¶ Cor cordis. Ouidius in epistolis. Molle meũ leuibis cor est violabile telis. Idem in primo de ponto. Confiteor misero molle cor esse mihi. ¶ Composita autẽ a nomine par sunt dispar/ impar/ compar/ & similia. Ouidius nãq; de pontho ait. Hei mihi q̃ dispar est locus ille getis. Anienus vero contradixit. Dispar erat fragili & solidi concordia motus. Item horatius libro. ij. Ludere par im par equitare in arundine longa. contra vtro Ausonius de numero ternario. Iris primus par impar habet mediũq; sed ipse.

As.

As.

As longum est: dant rectus adis quartus quoq; terne.

Pluralis rapitur quibus anceps: helias: addam.

Helias.

¶ As/ in fine dictionis producit vt amas/ virgas/ veritas/ doceas/ legas/ audias. &c. ¶ Excipiuntur primo nominatiui tertie declinationis quorũ genitiui in adis/ vel in ados/ terminantur. vt pallas/ archas/ menas/ pythias/ adis. vel ados. &c. ¶ Sequendo excipiuntur accusatiui plurales tertij declinatus vt hos demonas/ canonas/ archadas. sic has lampadas/ aonas/ heliconidas. &c. vbi pueris in mentem retorquebis quod omne nomen appellatiuum tertie declinationis habens accusatiuum singularem in em & in a/ mittit quartum pluralem in es/ & in as/ quod quidẽ as/ semper breuiatur. Vergilius in bucolicis. Aonas in montes vt duxerit vna sororum. Idem Permixtos heroas & ipse videbitur illis. &c. ¶ Tercio excipitur nomen helias heliæ cuius vltima

variatur. Sedulius de prophetis. Helias alto tribuit crematam aere vestem.
(Saphicum est cum adonio) Ausonius ad omnipotentem deum. Helias & so-
lido cum corpore preuius enoch.

Es.

Es produc neutrum: tantum penes: inquires a cta.

Es.

Es in fine dictionis producitur vt species/ames toties/parentes. &c. Ex
cipiuntur primo nomina in es/quę sunt generis neutrius tantum, sicut cacoe-
thes/hippomanes/cyrcites. &c. Iuuenalis satyra. vij. Tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes & egro, in corde senescit. Sequēdo excipiuntur due di-
tiones in textu. Penes propositio plenam rei potentiam denotans. Horati-
de arte. Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi. Inquires inque-
tis adiectionem. i. sine quiete. Prudentius de Iudeis. Quo fugias recutita cohors
eris inquires erro.

Penes.

Documentum.

Pes cum compositis: statuas vt carmina poscunt.

Pes.

Pes & eius composita variantur sicut tripes/quadrupes/sonipes. &c. Pro-
pertius libro. ij. Quę nunc supra pes inimicus eat. Cornelius de vita alexan-
dri. Ille mihi pes erat quę deturbauerat ensis. Horatius satyra. iij. Omnia ma-
gna loquens modo sibi mihi mensa tripes & Concha salis puri. &c. Ausonius
de ternario numero. Qui bipes & quadrupes foret & tripes oia solus.

Differentia.

Sum dat: es: actandum: sed edo dabit es: remorandum.

Es a verbo sum tam in simplici quā in composito, breuiatur, sicut ades/ potes/
dees. &c. Ouidi. j. methamor. Quisq; es hoc poteris mecum consistere saxo.
Vergilius in bucolicis. Huc ades o galathea quis est nam ludus in vndis. Se-
dulius libro. iij. Non potes etheream fletu peruertere mentem. Sed es ab
edo tam in simplici quā in composito longatur sicut comes/ambes/obes/ &c.
Lucilius lib. xj. Es animos hominum nimis atrocissime liuor. Ouidius in episto.
Ambes incertis quęq; maligne dolis.

Es.

Es.

Documentum.

Græcum quod crescit pluraliter est breuiandum

¶ Nomen græcum tertiæ declinationis quancumq3 terminationem habeat in nominatio modo genitiuus singularis crescat/es/ in plurali corripitur. Titanes/delphines/lichenes demones: & ita de ceteris practico per singulas terminationes tertij declinatus. Si vero tale græcum nomen non crescit in genitiuo singulari/es/i plurali producitur: vt fyrtes/gades/alpes/carybdes/&c. Lucilius lib. quarto. Quid facerem. Infolix cœlum titanes habebant. Vergilius octauo. Aeneidos. Quid fyrtes aut scilla mihi quid vasta carybdis. Pro fuit &c. Tu regulam hanc fac studiole examines non parum em frugis ptuit.

♂ Differentia.

Esterne rape si patrio penultima curta est.

Inde ceres/aries/paries/abies/remouentur:

¶ Rectus in es tertiæ declinationis cuius genitiuus singularis penultimā corripit breuiatur vt trames miles interpretis &c. Vbi veropenuultima genitiui producit. rectus etiam longatur: vt tapes/tapetis/dares daretis/chremes/chremetis &c. ¶ Quattuor tamen dictiones in textu excipiuntur a priori parte regule. Es em productum habent q̄p penultima genitiui breuiatur. ¶ Ceres cereris dea frumenti: vel ipsum frumentum. Verg. ij. aenei. Flaua ceres alto ne quicq̄ spectat olympo. ¶ Aries masculus ouium. Lucanus li. iij. Extruitur quod non aries expellere possit. ¶ Paries murus. Vergilius de iocis. Quam fixam paries illos seruabat in vsus. ¶ Abies arbor ex cuius ligno naues optime fiunt sapinum vocant. Vergilius in Buccolicis. Populus in syluis abies in montibus altis.

Ceres.

Aries.

Paries.

Abies.

♂ Is/

Is.

Is rape: sed nomen dans itis: & inis/ & entis.

Plurales casus verbum quod protrahit itis.

Glis/ & vis/ cum compositis longare iubebo.

¶ Is in fine dictionis corripitur vt virginis matris humilis/oratis legis. &c. ¶ Excipiuntur primo nomina quæ genitiuum in/tis/inis/vel entis/mittunt: vt dis/ditis/lis/litis/quiris/quiritis/&c. Delphis/delphinis/eleusis/eleuinis/salamis/salaminis &c. Symois/symoentis/pyrois/pyroentis/anis/anietis &c.

¶ Sequendo excipiuntur casus plurales quicunq; in is. exeunt nominatiuus sicut alpis/ sardis/ syrtis. &c. Datiu⁹ vel ablatiu⁹ sicut bonis/ pueris/ viris. &c. Accusatiuus sicut omneis/ treis/ plureis. &c. ¶ Tertio excipiuntur verba sequū de persone singularis numeri quorum sequūda pluralis terminatur in itis/ iō- gum vt audis/ venis/ dormis/ sis/ velis/ dederis. &c. Ouid. j. fastorū. Da mihi te placidum dederis in carmina vires. ¶ Quarto excipiuntur glis/ & vis/ quo cunq; modo sumantur. ¶ Glis quidem siue gliris siue glissis siue glitis in ge- nitiuo habeat. ¶ Vis vero siue nomen siue verbum fuerit & cōposita vt quis/ quiuis/ q̄sumuis. &c. Ouidius. ix. methamor. Vis ea si verbi est cur non ego veiciuis eadem. Horatius in epist. Non cuiuis homini contingit adire choryn- thum.

Glis
Vis.

♣ Differētia.

Quis primi numeri breuius: produco sequundi.

¶ Quis nominatiuus singularis corripitur. Persius satyra. j. Quis populi ser- mo est quis enim nisi carmina molli. ¶ Sed quis datiuus vel ablatiuus plura- lis producit. Vergilius. j. ænei. Quis ante ora patrum troiæ sub mōnibus altis. ¶ Dic ergo puer. Quisquis es attente spectes quis vttere velsis,

Quis;
Quis,

♣ Differentia.

Oceani vario tantum: eacide thetis actio.

¶ Tethys tethyos. vxor oceani variatur. Vergilius. j. georgicorū. Teq; sibi generum tethys emat omnibus vndis. Ouidius. v. fastorū. Tethys & extre- mo sepe recepta loco est. ¶ Sed thetis thetidis. mater eacide siue achillis tm corripitur. Papinius. j. achyl. Iam dudum tacito lustrat thetis omnia visu. ¶ Dic ergo puer. Quē thetis enixa est tethys ad prelia vexit.

Tethys
Thetis

♣ Os.

Os longum est patrum breuia dehinc compos & impos. Os,

¶ Os in fine dictionis longatur vt pueros/ nepos/ sacerdos/ &c. ¶ Excipiuntur primo genitiui quotecunq; declinationis qui in os exeunt. vt thydeos/ orpheos/ protheos. &c. Lampados/ pallados/ tethyos/ sotheros. &c. ¶ Sequendo excipiuntur duo noia in textu. ¶ Compos cōpotis. qui quod vult quod potest. Ouid. de arte poe. Insequere & voti postmodo compos eris. ¶ Impos impotis qui quod vult non potest. Tibullus. Nil mirare sui funditus impos erat.

Compos
Impos,

Petri P^o. Cæci Bru. In Artē Ver.

♠ Petri Pontani Cæci Brugenſis. Per breue
opusculum. De accentibus eccle
ſiaſticis. Ab aſinorum vulgo
turpiter. Vbiq; de
prauatis.

♠ Diuerſitas.

Diuerſitas.



CCETVS

vocum queuis ecclesia mutat.

Quos patrio de more / alijs pro
ponere ſtultum eſt.

¶ Primum huius opusculi documentum
eſt: tot cōcinendi & pronuncianti eſſe mo
dos quot eccleſiæ & communitates cantan
tium exiſtūt. Suo quiſq; enim ritu vti gau
det. Propterea non modo ridiculum: ſed etiam grauiter improbandum ſe ſe il
le exhibet. Qui toti mundo regulas accentuū ſue dumtaxat patrie proponit
quod author doctrinalis feciſſe creditur. ¶ Nos itaq; regulas accētuum do
cemus non proletarias quidem quales grammaticorum vulgus vbiq; eſt uſit
Sed perō raras & autenticas quales doctiſſimi viri (Prīſcianum dico / Cicero
nem / Gellium / & Quintilianum) approbare ſolent. ¶ Eſt autem accentus vo
cis proprietas qua ſyllaba eleuari vel deprimi vel in medio circumferri debet.
¶ Et dicitur ab accino accinis accinui / accentum accentu (id eſt modulor &
canto).

Diffinitio
accentus.

♠ Conſilium.

Conſilium.

In multis fatuum modulandi deſpice morem.

Quem ſophiæ dampnanda nimis pœnuria fecit.

¶ Perit orum omnium eſt conſilium vt quicquid aſinorum vulgus ī templis
rudat ſapientum regulas ſemper obſerues: vt maria media breui, Iacobus pe

multima longa euuangelij per quinq3 syllabas penultima correpta proferas.

¶ Nec vero imperitorum obdurata consuetudinem pertimescas (q̄p a iunioribus doceri senes dedignentur) quia (vt hic grammaticis theologiser). Augustinus libro sequundo. De vnico baptismo ait (& habetur in decretis dist. viij.) veritate manifesta: consuetudo cedat veritati. Plane quis dubitet veritati manifeste consuetudinem cedere & paulopost. Nemo consuetudinem rationi & veritati praponat (Quia consuetudine3 ratio & veritas semper excludit) Et rursus in libro de baptismo paruulorum & allegatur i decretis dist. viij. Qui contempta veritate presumit consuetudinem legui: aut circa fratres inuidus est: & malignus: quibus veritas reuelatur: aut circa deum ingratus est. Inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in euuangelio. Ego sum inquit veritas (non dixit ego sum consuetudo). Itaq3 veritate manifesta cedat consuetudo veritati.

Ordo:

Nec græci/latijq3/tono modulantur eodem.

Graias vix millena refert tibi pagina leges.

Nos autem denis sapienter pandere normis.

Instruimus: quas deinde locis remouenda sequuntur.

¶ Ridenda mihi omnino videtur illorum traditio (doctiorū opinione salua) qui latina vocabula græco accentu proferri debere precipiunt. Tum quia longæ alios accentus atq3 nos græci habent. Tum quia infinitas accentuū regulas illi tradunt. Nos autem tantum decem vtimur quas ordine subiecto videbis. Ad iunctis vnicuiq3 quas habet limitationibus.

Accentus tres.

Tollit acutus: ad ima grauis premit: extat vtroq3.

Accentus tres.

Quem circumflectunt tribus his ecclesia gaudet.

¶ De accentuum numero & nominibus inter grammaticos magna disceptatio est. Sed ego literatis viris imitatione dignis. Tres tantum placuisse concipio (Qui sunt). ¶ Acutus: quo syllaba voce extollitur: vt manus tue domine fecerūt me. ¶ Grauis: quo syllaba voce deprimitur: vt Tedet animam meā

Acutus. Grauis.



Circumflexus,
nux.

vite mee. Dimittam aduersum me eloquium meum. ¶ Circūflexus: quo syllaba voce partim extollitur partimq3 deprimitur. Vt Et sic repente precipitas me. Plures autem/ vel in quotidianis sermonibus vel in forensibus causis posunt attendi. Sed hoc in opusculo tantum loquor de his qui ritum spectant ecclesiasticum: quia (utinam bone Iesu) eam sacerdotes curam in psalmis:lectionibus: & euuangelijs propter te adhiberent quam caudici forensesq3 tabule suis sermonibus tegnis & astutijs phalerandis propter pecuniam adhibere conspiciuntur.

→ Prima accentuum regula.

Prima regula.

Longa tibi circumflecti monosyllaba debent.

Quæ breuias acienda tene/ q̃q̃ est positura.

Multa tamen varie duplex acceptio profert.

Primum punctum.
Sequendū punctum.
Tertium punctum.

¶ Huius. Prime regule tria sunt puncta. ¶ Primum est monosyllaba dictio naturaliter longa circumflexum habet accentum: sicut/ me/te/ se/nos/ vos/ dos/ flo/ flas/ fla/ do/ das/ da/ &c. ¶ Sequundū est. Monosyllaba dictio naturaliter brevis. licet etiam positione longetur acutum habet accentum. Vt/ an/ in/ per/ es/ &c. Item nux/ nix/ fax/ sunt. &c. ¶ Tertium est pleareq3 sunt dictiones quæ vario modo sumuntur: & ita diuersum sortiuntur accentum. Nam/ es/ ab/ edo/ quia producit accentum habet circumflexum Sed/ es/ a sum quia breuiatur accentum habet acutum. Sic de/ os/ ossis/ & os oris/ compluculūq3 alijs fac studiose practices.

→ Sequenda accentuum regula.

Sequenda regula.

Hanc in duplicibus quæ sola est longa priorem.

Circumflecte canens alia acuisse iuberis.

Primum punctum.
Sequendū punctum.

¶ Huius sequende regule duo sunt puncta. ¶ Vnum est. ¶ Dissyllaba dictio cuius prior tantum syllaba producit circumflexum habet accentum in illa syllaba priori: vt panis/ pascit corpus. &c. ¶ Alterum est. Dissyllaba dictio cuius non sola prior longatur accentum in priore habet acutum vt si ambe sint longe: sicut/ iustos/ prudens/ audis/ vel si ambe sint breues sicut caput/ deus/ amat/ &c. Vel si prior est correpta & posterior longa: sicut

pios / boni / amant. Itaq; tribus modis punctum hoc posterius contingit,

♣ Tertia accentuum regula.

Tertia res
regula.

Multi fide voci quoties penultima curta est.

Precedentem acuo: non curans q̄ta locetur.

Cum suprema breuis est & penultima longa.

Hanc circumflecto longam: si protrahis ambas,

Ipsam hanc ex acuo / velut exitialis amico.

Longum acues semper positum penultima quem dat.

¶ Huius tertie regule tria sunt puncta. ¶ Primum est. Dictio polysyllaba: Primum punctum.
(id est habens plures q̄ duas syllabas) si penultimam corripit accentum habet acutum in ante penultima siue breuis / siue longa illa fuerit. Vt domine conditor / adiuua. ¶ Sequundum polysyllaba dictio cuius penultima producit. Sequendum punctum.
& vltima breuiatur accentum habet circumflexum in illa penultima: vt exitia lis tyrannus maledicetur: sed si tam penultima q̄ vltima longatur acutum h3 accentum etiā in penultima: vt amico fideli conspiras. ¶ Tertium penultima Tertium punctum.
dictionis polysyllabe: quæ producitur positione accentum habet acutum non curando q̄ta sit vltima (quia accentus circumflexus soli syllabe naturaliter p̄ducte debetur) vt bellantes ardentem infector &c.

♣ Quarta & quinta accentuum regula.

Accentum longum vox sustentata recludit.

Quarta &
quinta ac-
centuum re-
gula.

Sed breuis oppressa dicentis voce notatur.

¶ Vbi longus vbiue breuis sit accentus ex vocis moderatione dignoscitur. Nam inter canendum legendum / vel loquendum syllaba longa voce eleuatur breuis vero deprimitur. Sicut enim ridiculus est qui adiectiua in tuius penultima breui pronuntiat: vt nominatiuus / genitiuus / indicatiuus / imperatiuus. &c. Ita vituperio dignus est: qui maria sophia phergia &c. Penultima longa profert. Tu de alijs infinitis similiter practica.

¶ Sexta regula.

Sexta regula.

Partes recta duas vna sibi copulat hyphen.

¶ Quando est dictio composita quæ oratio esse videri potest. Accetus in priore parte compositionis faciendus est nõ curando de q̃titate posterioris partis alias enim sepe putaretur esse oratio vbi est sola dictio vt retrorsum/seorsum deorsum/sinulac/ quandoquidem. &c. Est autem tunc figura quæ grace hyphen, tis. latine vnio vnionis dicitur. quia due dictiones simul vniuntur.

¶ Septima regula.

Septima regula.

Sensum vt distinguas partita diastola seruit.

¶ Quando dictiones alicuius orationis tanta sunt vicinitate in sono vt vnium vocabulum conflare videantur inter eas aliqua certa pausa facienda est. vt oratio & non sola dictio esse declaretur (vt Kyrie eleyson) Nam Kyrie (est domine) Eleyson (miserere) sic Allelu/ya/ Nam allelu (est laudate) ya (domina) Rursus Oñan/mna/ quia oñan (est obsecro) mna (deus salua) Tunc autem figura est quæ grace diastole vel diastola latine distinctio vel diuisio dicitur. quam (vtinã pie Iesu Nostri sacerdotes studiose obseruarent) Non enim tot & tanta passim in templis scandala seminarentur.

¶ Octaua regula.

Octaua regula.

Vocalem /ablatam de fine apostrophus indit.

¶ Vbi inter legendum vel concinendũ vocalis vel /m/ frequenter occurrit vocalis nõnũq̃ de fine dictionis vocalem ipse sonus offert & grace apostrophus latine collisio dicitur. De qua in primo libro satis superq̃ dictũ est.

¶ Nona & decima accentuum regula.

Nona & decima accentuum regula
Phile

Vocem humilem phile profert quam dasia tollit.

Dasia.

¶ Phile/philes accentus est quo dictiones prolata facili & sine stridore vocis proferuntur. Vt deus meus Adiuua me. Interpretatur autem latine depressio vel moderatio. Sed dasia est accentus quo dictiones prolata difficili & cū magno stridore vocis pronuntiat̃ sicut fit in his quæ per /r/ vel /h/ scribuntur. vt honorẽ/homo/rigorosus/hamat. Explicatur autem latine eleuatio. &c.

♂♂ Exceptiones septem a dictis.

Si differt: dubitat: cogit: transuertitur: orat:

Sincopat: eloquitur: concentum dictio mutat.

- ¶ Septem sunt modi quibus accentuū regule infringuntur. ¶ **Primus** est. **Primus.**
Causa distinctionis. Nam si barbara (barbare declinantur) accentum habent
in fine acutum vt adam/abel/noe (si vero latine inflectantur) regulas latinorū
seruant vt adamus/abelus/nous. &c. ¶ **Sequundus** est. Causa dubitationis **Sequundus**
vel admirationis quando in neutram partem deflectenda est oratio. Vt Quo-
modo fiet istud quoniā virū nō cognosco (quod imperiti questitiue legūt. Cū
beata virgo angelo firmiter credens. neq3 interrogatiue neq3 dubitatiue. sed
multum admiratiue loquatur. Itaq3 Accentus in fine orationis suspendend⁹
est. ¶ **Tertius** est. Causa congregationis quando tam proluxa est clausula vt
vno spiritu nequeat pronūciari. Tunc em̄ alicubi sepe respirare cogimur. vbi de
bitus accentus esse non potest. Exempla passim tibi in scripturis occurrent. **Tertius.**
¶ **Quartus** est. Causa transpositionis quando prepositio propriū relinquit
officiū sicut vbi prepositio postponitur suo casuali vt Te penes (italiam con-
tra/capulo tenus &c. Vel vbi sine casu suo aduerbiascit. Vt prope est dominus
omnibus inuocantibus euz iustus est dominus his qui tribulato sunt corde.
&c. Item vbi pro sola voce nomen efficitur vt apud est prepositio. Ante regit
accusatiuum &c. In talibus em̄ loquutionibus accentum habet in fine acu-
tum. Alias vero in fronte grauē. ¶ **Quintus** est. Causa interrogationis quia **Quintus.**
omnis interrogatio finem dictionis acuit atq3 eleuat. Vt quem dicunt homi-
nes esse filium hominis: ¶ **Sext⁹** est. Causa syncopatiōis quia qualitercūq3 **Sextus.**
syllaba profertur in dictione integra taliter proferri debet in dictione syncopata
vt quia olim nostratis vestratis cuiatis mediam acuebant; nunc syncopata no-
stras vestras cuias posteriorem acuunt sic est de vocatiuis in/i/vt Vergili mer-
curi. & de plerisq3 aduerbijs: vt abhinc exin. Idem de verbis: vt audit pro audi-
uit nostri pro nouisti dicendū est. ¶ **Septimus** est. Causa eloquutionis: quia **Septimus.**
quot sunt ydiomata tot modi accentuandi. Propterea quascumq3 accētuum
regulas vel ex me/vel ex alijs concipias morem tue nationis obserua. Dum-
modo latine lingua decorum & integritatem custodias.

♂♂ Documentum.

Cum duo signantur minus est commune acuendum.

¶ Quoties dictio sub duabus orationis partibus continetur (sub vna quidē)
pro significatione magis nota & communi: sub altera vero pro significatione
minus cognita min⁹q3 vulgari tunc id quod minus commune est accentu3
habet in fine acutum. quod vero magis vulgatum est ad generales regulas re-

Petri Pon. Cæci Bru. In Artē Ver.

fertur vt ergo pro causa vna. i. simul secus. i. aliter vel ppe pone. i. retro. Alias pro aliter: vel alio tempore circuin. i. circulariter sequendum. i. ad / vel prope. Et similia. Accentu acuto in fine proferuntur. quia minus communia sunt q̄ hęc ergo coniunctio vnus/na/num. Cæcus/cæca/cæcum. Pono/ponis. Alius alia/aliud. Circus/circi. Sequund us/sequunda/sequundum. Pleraq3 sunt alia quæ diligens lector facile practicabit.

Documentum.

Quæ sociant aut inclinant peruertere possunt.

¶ Dictio sociatiua (vt cum) & inclinatiua siue enclitica: vt. q3/ve/me/accntu/acuto proferatur: vt mecum/tecum/secum/nobiscum/vobiscum. Ignari hominumq3 locorumq3. Querunt lemuresue/deosue. Qui teneant hominesne/ferene/ q̄ si he dictiones aliter vsq̄ sumantur generalem seruant regulam: vt cu3 aduerbium pro quando vel coniunctio pro quia aut postq̄ sic quæ nomen/ve interiectio/me aduerbium.

Documentum.

Si græcum grece referat sonitum retinebit.

¶ Quemadmodum dicere memini longe alia est græcorum q̄ latinorum accentuum ratio. Proinde si greca vocabula grecanice proferre volueris græcas obseruato regulas. Si vero latine pronunciare malueris (optio enim tibi datur) Latinas consulito normas vt in his & similibus symois pyrois / opois/serpeidon/tercon agame nnon &c. In quibus non nisi voluntarium apud nos accentum esse arbitror.

Regula de ecclesiasticis punctis.

Vocem virga iuuat: suspendunt cōmata sensum.

Quem colon complet/quem pulchra parentesis arctat.

Leniter absq; tono: sed acutum questio tollit.

¶ Punctum est quod & pronuncianti vocem adiuuat & auscultanti intellectu manifestat. Hinc est illud. A uonij in epygra. Diffinitio sensus auget: & ignauis dant interualla vigorem Sunt autem ecclesiastica puncta quinq3. i. virgula/Cōma/Colon/Parentesis/& interrogatio. ¶ Virgula est punctum quo vox

Virgula.

adiuuatur in loco vbi non est sensus: sed tantum quedam sententie apparentia.

¶ Coma est punctum quo denotatur lentetia/dependens tamen ex sequenti. Comma.
¶ Colon est punctum quo sententia omnino esse perfecta declaratur. Vt ho- Colon.
mo natus de muliere virgula/breuiuiues tempore coma: repletur multis mi-

serijs Colon. ¶ Parentesis vero est punctum quo aliquid inter clausulas ve- Parentesis.
nuste interponitur quod sententiam neq3 perficit neq3 corrumpit: vt si gloria-
ri oportet (non expedit quide) libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c.

Vbi clausula (no expedit quide) parentesis est & sine manifesto vocis tono de-
bet exprimi. ¶ Sed interrogatio est punctum quo omnis dictio in fine ele- Interrogatio.
uata acuitur. Vt quis est iste rex glorie? Quid prodest homini si mundum vni-
uersum lucretur: anima vero sue detrimentum patiatur: ¶ Hæc sunt quæ in
artem verisicatoriam & accentuum doctrinam. Immo in nostre artis grama-
tice partem tertiam: & postremam dicenda censui.

TeA06.

✠ In te IESV spes mea recumbit.

✠ Habes candido lector sane breuissimum: sed optime fru-
gis opusculum Petri Pontani Cæci Brugensis de Arte ver-
sificatoria simul & accētuarīa. Impressum parrhisij cura: &
sumptibus Bernardi Aubrinij bybliopole Cōmorātis in vi-
co sancti Iacobi sub signo diui Martini. Vbi & venū pstat
Prelari vero pumice Nicolai de Pratis: in eadem vniuersita-
te peruigilantis bybliographi tersum prodijt. Anno domi-
ni Millesimo quingētesimo vicesimo. Pridie Kalē. Augusti.

